habet ſplenem durū groſſum cum dolore aliquali ratione extentiōis indebite ſui pāniculi. Et cū tali yctericia eſt egeſtio nigra valde: q2 qꝫ ſplē deficiat de poſſibili in actione ꝓpria puta in attrahendo illam feculentiam ſanguinis ab epate ratione illius pori qui adheret epati tamē cōmuniter deficit in actione tali: quia ſplen repletꝰ eſt vltra debitum qđ demōſtrat eius groſſities ꝛ duricies: ꝛ quia ſe nō poteſt cōprimere latitudinalit̄ nō poteſt expellere illam matiam ſufficienter vt eſt dictū de ciſtifellꝰ: ꝛ de veſica: ideo nō valet attrahere verum expellit aliq̄ꝑ portionē ad inteſtia que nigrificat egeſtionē multum quia ipſa eſt nigra ſic tincta. Ideo dicit Raſ ꝙ in tali yctericia egeſtio eſt nigra valde. Talis purget̄ ꝛ ſirupet̄ vt eſt dictum. ſed plus ponatur de cortice capparis ꝛ de ſcolopēdrie ꝛ ꝙ ſepe flōmetur. De saluatella ꝛ applicet ſero ꝛ mane ſuper ſplenem ter vl̄ quater reiterando ꝛ durabat de filtro infuſo in aceto forti calido. Conſequēter inungat ſplenem cū vnguento dyaltea. hoc faciet tribus vel quattuor diebus. Conſequēter applicet per aliquos dies. Iſtud emplm̄. ℞. ammoniaci diſſoluti ī aceto. ℥. ij. extendatur ſupra alutam fiat emplaſtrum applicetur ſupra dum tenuerit q̄ttuor vel quīqꝫ diebus remoueatur emplm̄ ꝛ redeat ad filtrū in aceto infuſum ꝛ ad vnguētum de dyaltea. iſta ſic cōtinuet cum ſirupo ꝛ laxatiuo dicto ꝛ flōijs reiteratis adminus q̄rū queqꝫ lūatiōe iſta tibi ſufficiūt pro cura yctericie citrine viridis, ꝛ nigre, ꝛ ſic eſt finis yctericie.

Capl̄m 10. de ydropiſi.

CUm venter poſt epatis dolorē ꝛ febres augmētari ceperit ꝛ qđ ē ab vmbilico vſqꝫ ad femur exterius prominuerit ꝛ cutis que ibi eſt ſubtiliari ꝛ albere viſa fuerit ꝛ cū ventre vometur auditur ſonus quaſi aque in vaſe non pleno mote. Et ſi cum his vrina fuerit rubea parua habenda ē fiducia ꝛ proprie ſi virtutis nō affuerit fortitudo his tamen ſi virtus fuerit fortis ꝛ vēter vehemēter ſiccus pillule de rauetd q̄ recipiūt ſꝫ dād̄e. pillule āt đ rauetd ſūt q̄. ℞. rauetd ſeni ſucci eupatorij ſeminis ēdiuie omniū ana. ʒ. iij. agarici. ʒ. v. meſereon. ʒ. x. fiant ex eis pillule quarum doſ ſit. ʒ. ij. ꝛ ß. ex q̄bꝰ q̄qꝫ ebđadoſis vna ſumatur. Quod ſi virtus debilis fuerit trociſci de meſereō ſūt dandi qui ℞. ſeminis endiuie. ʒ. x. meſereon. ʒ. i. ꝛ duas tertias agarici ſucci eupatorij ſimiliter tantūdē roſarum ſeminis citrolorū amborum ana. ʒ. ij. ꝛ ß. Ex his oīibus fiant trociſci decē đ quibus vnus in die cum ſirupo acetoſo de zuccaro dandus eſt. Si autem vēter fuerit ſolutus dentur trociſci de berberis cū ſirupo acetoſo. Eger q̄ꝫ nutriatur ex cibregi ꝛ bibat ſirupū acetoſum de citonijs. Et ſi vētris ſolutio vehemens fuerit citoniorū rob ſolum dandum eſt. Si autem cum hac paſſione nō fuerit vrina rubea neqꝫ calor pellule iſte dāde ſunt que ℞. meſerion ſerapini amborum ana. ʒ. ß. ſalis indi. fumi columbini amborum ana ſextam. ʒ. i. Pillule enim iſte aquā vehemēter expellunt ꝛ deſcendere faciunt trociſci: preterea de lacca cū apoſimate de radicibꝰ dādi ſunt. Emplaſtrum aſchliti conueniens. ℞. farine ordei ciperi ſtercoris ouini veteriſ baurach boli armēi omnium partes equales. Ex his omnibus tritis fiat epithima ſup vē-

trem. Huius namq̧ proprietas ē aque magnam partem exſiccare. Quod ſi in palpebris ⁊ extremitatibus fuerit apoſtema molle ⁊ teſticuli apoſtemātur facieſq̧ ac totum corpus mollicie quadam teneantur ⁊ erit tunc ydropiſis ſpecies que yposarcha nominat̄. Egro itaq̧ hac laboranti trociſci de lacca cum apoſimate ꝺ radicibus ſunt tribuendi ⁊ venter quaq̧ ebdomada ex pillulis de reubarbaro eſt ſoluendus ⁊ patiens in arena calida ſepeliendus. Et preterea eſt precipiendum vt exercitio vtatur ⁊ famem ac ſitim ſepe patiatur. Si vero vēter inflatus ac tēſus fuerit ⁊ cum percutitur ſonum reddit vt timpanū ydropiſis ſpecies adeē ſignificabitur que timpanites dicitur. Quaꝫ qui patitur a comeſtione olerum abſtinere debet atq̧ eorum omniū que ventoſitatis ſunt generatiua. Vēter q̄ꝫ omni die ex panico eſt vaporādus ⁊ ventoſe ſuper ventrem ponende, medicamina tumorem diſſoluētia danda ſunt vt diaciminū electuariuꝫ de bacchis lauri quod ī capitulo de yliaca nominabimus Eger preterea exercitio vti aſſueſcat ⁊ famem patiat ex collirijs que ventoſitatem diſſoluunt quorum faciemus mentionem ſibi ſubijciat. Venter quoque cum mandili donec incipiat rubere fricetur Et ex oleo rutaceo cliſteriſetur.

Eidropiſi .i. de aqua tumēte ventrem vel de hūore aquoſo tumente ⁊ inflāte membra corpis. nam ydrops grece idem eſt ꝙ aqua latine. Simon ianuenſis in ſuis ſinonimis. nam ydropiſis eſt tumor vētris vl̄ corporis ex maͣ aq̄ſa aſſa innaturali ⁊ vētoſa generata ex mala generatiua ſanguinis in epate: ratione male cōplōnis calide vel frigide. Ideo ydropiſis eſt duplex in genere de modo loquēdi groſſo q̄rundā medicoꝝ de calā ⁊ de friā. lꝫ apud rectos artifices dicat̄ eſſe triplex in ſpecie ſubalterna. Yposarca alchites timpāiſtes: q: rōe maͤ diuerſitate medici aſſueti ſūt diſtiguere morbos in ſpē q̄libet hoꝝ ſubdiuidit̄: q: aut fit a cā calidā: aut friā. Ydropiſis igit̄ tres ſunt ſpecies Vna dicitur yposarca cuius cauſa maͭial' l' eſt ſanguis flāticus. humidus aquoſus cum vl̄i tumore mēbrorum ſeu corporis. Alia eſt ſpecies que dicit̄ alchites cuius cauſa maͭialis eſt multa aquoſitas ⁊ cum pauca ventoſitate. Alia eſt ſpēs ydropiſis que dicitur timpaniſtes: cuius cauſa materialis eſt multa ventoſitas cum modica aquoſitate. Quelibet harum ſubdiuiditur ratione cauſe inſtrumentalis efficientis q: quelibet harum eſt de calā vel de friā: ſic ſunt tres ſpēs ⁊ ſex ſpecialiſſime. Prima ergo ſpecies ydropiſis ē yposarcha: cuius cauſa maͭialis ē ſanguis flāticus hūidus aquoſus cū vl̄i tumore mēbroꝝ corporꝭ ꝓpt̄ malā vnionē ⁊ aſſilāonē nutrimenti cum nutrito: nam talis ſanguis generat̄ in epate ex debili digeſtiua ip̄ius ratione male complōnis frigide ⁊ hūide vt pl'im: ꝓpter q̄ꝺ cōmunit̄ ineſt hūidis in natura epatis ex malo regimie cibi et potus: potiſſime potus aque frigide vl' ex nimio fluxu ſanguinis per emorroydas vel alias. Vel ex nimia retentione eius in menſtruis vel emoroydibus: tunc fit a cauſa efficiente inſtrumentali calida: vnde talis ſanguis ſparſus per membͣ infrigidat ⁊ humectat ea qui dum exit capita venarum dealbatur ⁊ conuertitur in ſecūdas hūiditates a digeſtiua tertia. Et quia ſcd̄a digeſtia bene non corrigit errorem prime: nec tertia errorꝫ ſcd̄e: nec q̄rta. 3ͤ. 6ᵒ. de morbo. caᵒ. 4ᵒ. ⁊. 5ᵒ. Ideo ille humiditates ſcd̄e neceſſario erunt vltra debitum frigide ⁊ humide que ſperſe in membris infriant ⁊ hūectāt mēbͣ vlt̄ debitū ex ſe ſilr̄ q: male cōuerſe ⁊ aſſilāte ip̄i mēbᵒ vt dicet̄. ſic nutrimētū inmutat nutritū ad ſui naturā, 5ᵒ. de morᵒ. c. 4.

Aliter ypoſarca nec lepra generaretur de nouo.
vnde attractiua ipſorum membroꝝ attrahit ⁊ ap
ponit tales humiditates ꝑ poroſitates vſqꝫ ad
centrũ mẽbri ꝑ nutritiõe ſic̃ virt⁹ miniſtrãs ipſi
nutritiue. ¶ Conſequẽter ipſa retentiua tanq̃m
miniſtrãs ipſi nutritiue que opatur per ſiccũ vel
per minus hũidum.vi.de morbo. Idem dic̃ auic̃.
doc.de virtutib⁹ retinet ⁊ ſtringit ⁊ vnit nutrimẽ
tum cum nutrito in iſto lapſu nõ ſm̃ vtrũqꝫ an-
gulũ rõne excedentis humiditatis nutrimẽti et
ipſius membri ꝓpter qꝺ caro remanet aliqualit̃
tumida ⁊ inflata. Et ipſa nutritiua nõ bene aſſi-
milat tale nutrimẽtũ quia nõ poteſt corrigere be
ne errorẽ 3e digeſtiue. Similiter quia retentiua
nõ approximat nutrimentũ ipſi mẽbro: nec ſtrin-
git modo debito. ꝓpter qꝺ generat̃ caro tumida
laxa frigida ⁊ hũida vltra debitum nõ bene aſſi-
mulata in ꝑmis q̃litatibus. nec ſecũdis cadenti-
bus ex illis vt in duricie ⁊ mollicie. nec ꝓpt̃ hoc
poteſt dici ꝙ in ypoſarca ſit lepra. 6. de morb⁹ in
ca°.4. ꝑte illa. Multe q̃ꝫ ſpẽs vbi dicit Gal̃. ꝙ
nutritiua poteſt errare in q̃litatib⁹ ꝑmis ⁊ ſcðis
⁊ nõ erit lepra niſi ſit error in forma ſubali nutri
mẽti cũ carne: vt quãdo gñatur caro g̃nuloſa cor
rupta. Idẽm declarat. 3°. de morbo. c. vltio in fine
loquẽdo de ycteritia q̃ fit ſine fluxu ſupfluitatis
colerice ad cutim vt fit in q̃buſdã ycteric̃ ratione
ſanguinis eis ꝯnaturalis rõne regiõis: vt in q̃buſ
dam inſulis fit vt in ſardinia: ⁊ tñ ibi nõ ẽ lepra.
Iſta latius tibi explicaui in expõne tertij de mor
bo ſuper eodẽ loco. ¶ Alia eſt ſpẽs ydropiſis q̃
dicit̃ alchites. cuius cauſa mat̃ialis ẽ aquoſitas
multa cũ modica vẽtoſitate rõne hũiditat̃ epat̃
ſubintrãt̃ ꝯcauitates ventris potiſſime duos me
atus vmbilici illum ꝑ quẽ mingebãt: ⁊ illũ ꝑ quẽ
recipiebãt nutrimẽtũ in vtero mat̃no. Et ꝑ viaꝫ
reſudatiõis multiplicat̃ in modũ ſudoris in con
cauitate vẽtris inter ciphach ⁊ mirach. imo reſuda
tiue cadit ſup inteſtina timẽtes partes illas: dic̃
Raſ in ſuo cõtinẽte ꝓpt̃ qꝺ quãdo diu proceſſit
eſt incurabilis: iſta talis aq̃ſitas cũ illa ventoſi-
tate generat̃ in epate vicio epatis: puta ex debi-
li generatiua ſanguinis in eo. v. de interioribus
c. penultio. Iſta tal' debilitas generatiue ſangui
nis in eo interdũ habet originẽ a ſeipſo. aliquan
do a ſplene: aliq̃ñ a renibus a ſeipſo vt q̃ñ a gña
tione eſt rarũ debile in ſui natura vt ſunt haben-
tes longos digitos. vel habet vias gibbi ſat̃ ſtri
ctas vicio informatiue proprie que de facili a cã
modica opilãtur. Dicit Raſ in ſuo cõtinẽte. Iõ
adueniente 3a etate vel circa de facili manifeſtã
tur iſta: quia virtutes incipiunt declinare. ideo a
cauſa modica opilantur in gibbo epatis ⁊ gñã
tiua ſanguinis ⁊ talis aquoſitas multiplicatur
⁊ ſic ydropicantur: ꝓpter qꝺ ſunt plures ⁊ plu-
res qui vicio parentũ ⁊ generis ydropicant̃ cir-
ca. xl. annũ. hoc vult Raſ. in ſuo cõtinẽte ⁊ ꝺ fa
cto videmus. Aliquãdo tale viciũ gñatiue ⁊ mul-
tiplica° talis aq̃ſitatis habet originẽ a ſplene q:
nõ bene attrahit illam feculentiã ſanguinis. Iõ
ipſm epar paulatim grauatur ⁊ debilitatur ⁊ ꝑ
ꝯñs fit generatio talis aquoſitatis cũ portiõe vẽ
toſitatis. Aliquãdo tale vicium generatiue ſan-
guinis ⁊ multiplicatio talis aquoſitatis habet
originẽ a renibus: quia debiles in eoꝝ natura a
generatiõe vel a tempe ꝓpter coytũ vel caſuꝫ nõ
potẽtes bene attrahere aquoſitatẽ a venis ⁊ ab
epate ꝑ illos duos meatus qui cõtinuãtur cũ ve
na cõcaua poſt exitũ eius a gibbo. Dic̃ Raſ in
ſuo continente vel q̃a illi meat⁹ ſunt opilati. Et
ſubdit ꝙ ſi attrahãt ⁊ ſint fortes ⁊ v̉tuoſi expel-
lunt ad veſicã qꝺ ſi nõ. talis aquoſitas regurgi-
tat ꝑ venas ſupius in totum corpus ⁊ epar ne-
ceſſario replet̃ ⁊ debilitatur. ⁊ ſic talis aquoſitas
multiplicata ⁊ nõ retracta ab ipſis neceſſario re
gurgitat ad viã vmbilici ꝑ quã mingebat in vte-
ro materno ⁊ adhuc migeret ſi nõ eẽt ꝯſolidata
dicit Raſ in ſuo ꝯtinẽte. Vidi aliq̃s ydropicos
multũ inflatos q̃ audiẽtes iſta fricabãt ⁊ ſcalpe
bant ſe tñ in vmbilico vſqꝫ q̃ aperiebãt ipſm ⁊ v-
rinabãt ꝑ vmbilicũ viuebãt ꝑ tẽpus ⁊ nõ multũ
q̃a epar erat in eis multũ debilitatũ. Ideo fiebat
cõtinua regeneratio illius aquoſitatis in finali-
bus moriebãtur. Similiter talis aquoſitas mul
tiplicata cum hoc regurgitat ad viam vmbilici
ꝑ quã veniebat nutrimẽtũ ad ipſm epar in vtero
materno. nam ibi ſunt illi duo meatus. Dicit raſ
in ſuo ꝯtinẽte: ⁊ talis aquoſitas exñs in ill' mea
tibus multiplicatur ꝑ viam reſudatiõis in cõca
uitate vẽtris inter ciphach ⁊ mirach. imo cadit ſic
ſuper inteſtina per viam reſudatiõis vt dic̃ Raſ
in ſuo cõtinẽte. Alia eſt ſpẽs ydropiſis que dici
tur timpaniſtes. Cuius cauſa mat̃ial' eſt vento-
ſitas multa cũ pauca aquoſitate rõne ſiccitatis
epatis que originẽ habet cõmunit̃ in ſtomacho
dicit Raſ in ſuo cõtinẽte. verum non perficitur
ydropiſis vſqꝫ q̃ materia generet̃ in epate: ⁊ mul
tiplicetur in illis vijs dictis vmbilici. nam in hoc
cõueniunt oĩes antiqui ꝙ oĩs ſpecies ydropi
ſis cauſatur ⁊ generatur ex nocumento accidẽ-
te in virtute generatiua ſanguis in epate. v. ꝺ in
terioribus. c. penultio. 3°. de mor°. c. 3°. 2°. ꝓpoſi.

cométo ꝑmo. Idē vult Auic. 3°. cañ. in. c. ꝓprio.
bene ergo ↄcluditur ꝙ ydropiſis eſt tumoꝛ ven-
tris vel mēbroꝝ coꝛpis vt eſt dictū in ꝑncipio. c.

Primo tu q̄res que eſt cauſa immedia
ta efficiēs ydropiſis. Videt̃ ꝙ
bonitas digeſtiue epatis ſit cauſa īmediata idro
piſis bonitas digeſtiue epatis cū cal'. tēꝑato eſt
cauſa immediata efficiēs gñatiōis ſanguinis ꝛ
aquoſitatis ex re q̄ bibit̃: igit̃ erit cauſa efficiens
immediata ydropiſis. añs eſt Auic. ꝑ° cañ. doc.
de hūoꝛibus in. c. 2°. ↄña tenet: quia ſi talis aq̄ſi
tas fluat ad meatū vmbilici per quez fluebat in
vtero materno cauſabit̃ ventris tumoꝛ ꝛ ydropi
ſis: ꝛ ſi ad mēbra cauſabit̃ yposarca dicit Rab. i
ſuo cōtinente. ¶ Scđo ꝓbo ꝙ malicia ꝛ erroꝛ di
geſtiue epatis ſit cauſa efficiēs immediata textu
Ga. v. de interioꝛib' in. c. penultimo. Idem dicit
3°. de moꝛbo in. c. 3°. Idē dicit. 2°. ꝓnoſtic̄. cōmēto
ꝑmo. Idem dicit Auic. 3°. cañ. c. ꝓprio. ¶ Tertiō
ꝓbo ꝙ opilatio venarū gibbi epatis ſit cā effici
ens immediata textu Ga. v. de interioꝛib'. c. pe-
nultimo. Ubi videt̃ dicere ꝙ eſt cauſa coniūcta
ꝛ mater ydropiſis quia eſt cauſa talis ſitus aq̄ſi
tatis in vijs vmbilici. Idem ſentit Auic. in loco
allegato. ¶ Ulterius ꝓbo ꝙ malicia ꝛ erroꝛ ex-
pulſiue naturalis epatis ſit cauſa efficiēs imme-
diata ydropiſis: quia talis v̄tus cum malicia ſui
ꝛ erroꝛe actiōis: impellit mãiam aq̄ſam in vijs
vmbilici ꝛ inter ciſach ꝛ mirach ex quo non pōt
expellere ad venas coꝛpis: igitur erit cauſa ime-
diata efficiens ipſius ydropiſis. añs notum ē ꝓ-
pter cauſam dictā: ꝛ ↄña nota q: ydropiſis q̄ ad
eius duas ſpecies eſt tumoꝛ ventris rōne mãie
aquoſe interpoſite. ¶ Ulterius ꝓbo: ꝙ mala at-
tractiua renū ſit cā imediata ipſius intētiōe Ga'.
v. de interioꝛib' in. c. penultio. Dicit ꝙ ſi nō faci-
unt officiū ſuū illa aq̄ſitas remanēs circa epar
regurgitat in vijs vicinis cauſans tūoꝛ: ē. Idē di-
cit Rab in ſuo cōtinēte. ¶ Ulterius ꝓbo ꝙ ma-
la expulſiua venarū ſit cauſa imediata ipi' textu
Rab in ſuo cōtinēte vbi dicit ꝙ qñ renes attra-
hunt ꝛ ſunt v̄tuoſi ꝛ foꝛtes expellunt illam aq̄ſi-
tatem ad veſicā. ꝛ ſi debiles tūc vene expellunt il
lam aquoſitatē ad vētrem ꝛ cauſatur alchites:
aut expellunt per totum coꝛpus tunc cauſat̃ ypo
ſarcha ſeu ydropiſiſ carnoſa. ¶ Dicendū ad pul
chram dubitationē. ꝛ aduerte q: mãia alta eſt.
Quid ſit ydropiſis dictum eſt. Unde loquendo
de cauſa efficiēte immediata ydropiſis: poſſum'
intelligere de cā efficiēte immediata talis mãie
aquoſe, Uel de cauſa efficiente immediata ſitus
talis mãe in vijs ill' vmbilici ꝛ inter ciſach ꝛ mi
rach vel in alijs mēbris inflātis ꝛ tumētis par
tes illas. Unde cauſa immediata ꝛ efficiens ge
nerationis talis materie aquoſe eſt ipſa digeſti-
ua. 2ª i epate. ſcꝫ. generatiua ſanguinis male ge
nerans ꝛ errans in ſui actione puta in tali gñā-
tione: nam deberet generare bonum ſanguinem
ꝛ generat aquoſitatem nitroſaꝫ per viaꝫ indige-
ſtionis ratione alicuius male complexionis pu-
ta calide vel frigide. ꝓpter quod textus intitulāt
cauſam talem nomine accidentis ſeu actiōis le
ſe qm̄ dicunt ꝙ cauſa talis eſt erroꝛ gñatiue ſan
guinis. iſtud eſt actio leſa: ꝛ actio leſa non gene
rat maam: ſed virtus cum actione leſa fuit locu'
transferentium de lingua arabica in latinaꝫ. Et
nō eſt vera locutio nec pꝛopꝛia niſi intelligeret̃
vt dictum eſt. Uerum aquoſitas generata cum
ſanguine naturaliter ex bonitate digeſtiue epa-
ti ſi retineatur ꝓpter opilationes venarum gibbi
epatis. vel pꝛopter debilem attractiuam ꝛ expul
ſiuam renum poterit eſſe cauſa materialis ydro
piſis incipientis firmari vt eſt dictum ſeu illius
qui eſt in neutralitate decidē' ad ydropiſim ꝫ. lo
cutōe cōmuni ſit generatiua ſanguinis non er-
rans erit cauſa efficiens immediata generatiōis
mãie ydropiſis incipientis firmari que multuꝫ
retenta cauſis iaꝫ dictis generatur lapſus ad ca
liditatem in ipō epate rōne opilatiōis firmate ꝛ
regurgitationis ad ipſuꝫ epar talis aquoſitatis
nitroſe: pꝛopter qđ epar ledet̃ in generatiā ſan-
guinis ꝛ dicta ydropiſis firmabitur ꝛ etiā ydro-
piſis erit firmata ꝛ permanēs: quia talis mãia
notabilit̃ fluet ad partes vmbilici. ¶ Scđo dico
ꝙ cauſa efficiens immediata ſit' talis materie
in vijs vmbilici iam dictis inflātis ventreꝫ ꝛ tu
mentis ꝛ per conſequens facientis ydropiſim ē
malicia expulſiue epatis ratione opilationis ve
narum ꝛ viarum gibbi epatis que cauſa eſt vt
plurimū pꝛopter quod dicūt actoꝛes ꝙ illa opila
tio mater eſt ydropiſis: nam talis virtus ſi eēt re
gulata expelleret ad venas coꝛpoꝛis talem aq̄ſi-
tatem ꝛ non facit quia non poteſt ratione illius
opilationis: quia vie non ſunt pꝛompte Uel illa
ſuperfluitas aquoſa ꝙ quia non expellitur ad ve
nas tranſcurrit ex ſui natura: quia liquoꝛ ad me-
atus vicinos potiſſime ad aſſuetos in vtero ma-
terno ad vmbilicum ꝛ ad ſpacioſitatem illā que
eſt inter inteſtina. verba ſunt Rab in ſuo conti-
nente. Illa duo poſſunt cōcurrere naꝫ expulſiua
grauata in epate expellit̃ ꝛ talis ſuperfluitas q:
liquoꝛ currit ad meatus vicinos ꝛ patos. Aliqñ

talia: ſunt ratione multitudinis talis aquoſitatꝭ
ratione regurgitationis ipſius ꝑ venas ad par-
tes epatis ratione debilitatis renum nõ attrahẽ-
tium illam modo debito vel nõ expellentium ad
veſicam. dato ꝙ illam attraxerint: hoc vult Raſ.
in ſuo continente. Iſta duo poſſunt reduci ad v-
nam cauſam in genere: quia ad opilatiõem gib-
bi epatis ratione qualis vel ratione quãti. Iſta
talis opilatio vel talis eſt cauſa potiſſima ⁊ con-
iuncta ſitus talis materie facientis tumorem vẽ-
tris ⁊ per ꝯñs ipſam ydropiſim alchitem ⁊ tim-
paniſtem ꝑpter quod intentio fortior in curatio-
ne harum ſpecierum erit aperire opilatiões gib-
bi epatis ⁊ ꝓuocare vrinam cum alterantibus
⁊ confortantibus ipſum epar vt dicit Raſis in
ſuo continente. Et ſic patet dubitatio.

**Secundo tu queres** Ex quo
generatiua ſanguinis in epate errans in actio-
ne ſua ratione alicuius male complexionis eſt
cauſa inmediata efficiens talem maťiam dictã
Tu queres ſi mala complexio frigida ſit ſemper
⁊ neceſſario cauſa efficiens inſtrumentalis ime-
diata generationis talis materie aquoſe ipſius
ydropiſis. videtur ꝙ ſic intentione Auic. 3°. can.
ca°. ꝓprio circa ꝑncipium: vbi dicit ꝙ egritudĩes
cõplonales epatis faciunt ydropiſim cũ gdatio-
ne reſolutionis caloris eius naturalis vel ei⁹ ex-
tinctionis. propter qḋ concluditur per omnes ex-
ponentes intentiõem Auic. ꝙ cauſa inmediata
talis erroris digeſtiue epatis mᵉ ipſius ydropiſ.
ſit frigiditas ſeu mala cõplo frigida epatis. Ar-
guunt ſic moderni noſtri credentes demonſtra-
re in maťia: qḋ cauſatur per viam reſolutiõis ca-
loris naturalis vel eius extinctionis. Illud ne-
ceſſario cauſatur a mala complone frigida epaťꝭ
ſed ydropiſis eſt hmõi ergo ⁊c. maior nota eſt ꝺ
ſe. minorẽ declarat littera Auic. per eos: q: mala
complo calida epatis reſoluit calorem naturalẽ
⁊ mala complo frigida extinguit calorem natu-
ralem. Concludunt ex hoc ꝙ neceſſario mala cõ-
plexio frigida epatis erit ſemper cauſa talis er-
roris generatiue ſanguinis ⁊ generatõis talis
materie ydropiſis. Iſta ratio quia apparens et
male intellecta facit errare modernos i materia.
¶ Tertio arguitur ſic intentione Ga. 6°. ꝺ mor-
bo in. c. 4°. vbi dicit ꝙ mala complo calida cali-
dos morbos generat ⁊ coleram. frigida frios ⁊
materiam flãticam vel aquoſam. Sed oĩs ma-
teria ydropiſis eſt frigida cum ſit aqua ⁊ ventus
Concludo igitur ꝙ mala complo frigida ſemꝑ
⁊ neceſſario erit cauſa inmediata inſtrumẽtalis
generationis materie ydropiſis. Gordonius ge-
raldus ſuper viatico ⁊ oĩes moderni cõmuniť
ſunt de iſta opione facientes fundamentũ in te-
xtu Auic. dicto male intellecto vt patebit. ¶ In
contrarium arguitur textu Ga. 6°. ꝺ morbo in. c.
5°. vbi dicit ꝙ caliditas aliqualiter excedẽs cau-
ſat nebulam: ſicut frigiditas aliqualiter excedẽs
Arguitur ratione ſua in textu ſicut eſt in exterio-
ribus ita eſt in interiorib⁹ noſtri corpis. Iſtã po-
nit in littera: ſed ſic eſt in exteriorib⁹ ꝙ caliditas
aliqualiter excedẽs eſt cauſa nebule ⁊ aquoſitaťꝭ
vt patet in medio veris ⁊ autũni multũ excedẽs
nõ vt in eſtate. ergo ſic erit in interiorib⁹ noſtri
corporis ꝙ caliditas aliqualiter excedens erit
cauſa gñationis maťie frigide puta aquoſitatis
in ydropiſi. ratio eſt Ga. in loco allegato. ¶ Se-
cundo arguo ex textu raſis in ſuo ꝯtinente diċ ꝙ
firmũ eſt ⁊ certũ ꝙ aquoſitas ſanguinis in ydro-
piſi eſt cũ calida complone epatis preterea quia
abundanter diſſoluit ex chilo ⁊ eleuat fumũ aq-
ſum de chilo quia humidus. Et ſubdit noli ob-
ſcultare illos qui dicunt ꝙ ydropiſis ſemper in-
diget calefactione ⁊ deſiccatione: quia vidi plꝭs
ydropicos ſanari cũ infrigidatis qḋ nõ fieret ſi
mala complo frigida eſſet cauſa ſemper ⁊ neceſ-
ſario generationis talis aquoſitatis. ¶ Ter⁹ ar-
guitur ſic: intentione Ga. 5. de interioribus in. c.
penultimo. ſtante ſlõne calido in epate generať
ma ydropiſis: igitur mala complo cala erit cã
inmediata generationis talis maťie aquoſe cõ-
ſequẽtia tenet aliter mala calida egritudinalis ⁊
mala fria ſtabunt ſimul qḋ fieri nõ põt: quia tũc
vel eſſet equaliter vel inegliter. Si equaliter tũc
reſultaret temperamẽtũ. Si inegliter ſolũ erit ibi
vnus ſolus lapſus. hoc ẽ bene ipꝛobatũ in ꝑꝛo
de morbo. Dilatatio ⁊ ꝯſtrictio poꝛoꝝ ſimul ſta-
re nõ poſſunt. nec hoc eſt credibile vt dicit. 2°. de
morbo: quia caliditas remiſſa nõ facit morbum
ſed inteſa: ideo ſimul ſtare nõ poſſunt. ¶ Quar-
to arguitur ſic. qḋ eſt cauſa nocumenti contenti-
ue eſt cã diminute actõis digeſtiue ⁊ medie co-
ctionis obi digeſtiue. patet per Ga. 3°. de morbo
ca°. 3°. Sed excedens calitas epatis vias rarifi-
cando ⁊ aperiendo eſt hmõi. cõcludo igiť ꝙ ma-
la calida epatis eſt cauſa ĩmediata inſtrumenta-
lis aliquãdo ipſius ydropiſis. ¶ Dicendũ ad du-
bitationẽ plures modernoꝝ tenent ſe cum ꝑmis
motiuis ꝑpter malum intellectum text⁹ Auicẽ.
nam ipſi intelligunt ꝙ ad reſolutionẽ caloris na-
turalis ſemper ⁊ neceſſario introducatur mala

complexio frigida q̄ñ nō eſt verum: quia tūc om
nis febricitans fe. ethica vel putredinali haberet
malaꝫ complōnem frigidaꝫ in corde. conſequēs
eſt falſum nō eſt dicendū. Unde calor naturalis
interdum extinguitur tunc mala complō frigida
introducitur extinguens ꝛ mortificās ſic cōtra-
rium extinguit ꝛ mortificat contrarium. Interdū
calor naturalis reſoluitur vt in fe. ꝛ diſcraſijs ca
lidꝫ quia ſpūs naturales ꝛ tēpati reſoluūtur pro
magna parte cum iſta reſolutione nō ſtat mala
complō frigida ſed mala calida. Nunqd in fe. eſt
calor. compoſitus ex naturali quaſi reſoluto. ꝛ ex
accītali Auerrois. 3°. collecto. Et ibi eſt pauc⁹ ca
lor naturalis licet ſit aliqualis realiter nō forma
liter quia temperies corrupta eſt: cauſa eſt quia
aliter natura non curaret morbum niſi aliqd re-
maneret de calore naturali ꝛ inſtrumēto nature.
Uerum quia vltimū habet rationem forme. 3°.
de mor°. c. p̄mo. totus formaliter ē preter naturā
quia mutatus in igneum. propter quod dic̄ Ga.
in libello de mala complōne diuerſa in ca°. 3°. ꝙ
hoc eſt cōmune omniū male cōplōni diuerſe ꝙ
in membro vbi eſt non eſt vna cōplō immo ſunt
due realiter: licet ſit vna formalis: ſic patet funda
mentum opionis modernoꝝ eſſe nulluꝫ propter
falſum intellectum dictoꝝ auc̄. quia aliquando
mala complō calida eſt cauſa generationis tal'
aquoſitatis in ydropiſi. immediata inſtrumenta
lis: aliquando mala frigida: licet om̄is cauſa ma
terialis ydropiſis ſit frigida ſm plus ꝛ minus:
quia magis ſalſa vel min⁹. Sic intelligebat ga.
in pronoſti c. Om̄is ydrops ex frigidis cauſ na
ſcitur. Intelligitlquo ad cauſam illam materialē
¶ Ad aliam rōnem mala calā calidos morbos
generat. Uerum eſt de per ſe per accidens debi-
litando contentiuam vel per viam effumationis
exceſſiue eleuat vaporem ꝛ nebulam vt eſt dictū
intentione Raſis ꝛ Ga. in textibus adductis. ꝛ
ſic patet materia declarata.

## Tertio tu queres ex

quo ma-
la complexio calida ꝛ frigida epatis ſunt cauſa
generationis diuerſarum ſpecierum puta alchi-
tis ꝛ timpaniſtiſ qualiter aquoſitas ꝛ ventus ſi
mul generantur ab eodem agente ꝛ ab eodem
obiecto. ¶ Soluit Ga⁹. 2°. de complōnibus cir
ca finem. Idem dicit Gilbertus in ca° proprio.
ꝙ hoc eſt ex natura ciborum. nam partes ciboꝝ
etherogeneitatem habent in ſe aliqualem Nam
alique partes cibi ſunt magis frigide humide
groſſe tales euaporant ꝛ cedunt magis in vapo
rem humidum aquoſuꝫ: quia quod deciditur ab
alio atteſtatur ei a quo deciditur p̄mo amphori-
ſmorū. ¶ Et alique partes cibi ſunt magis ae-
ree ꝛ ſicce tales euaporant ꝛ tendunt magis in
vaporem ſiccum per rationem dictam: natura a
gentis puta calor talis vel talis in tali membro
minus. vel magis humido facit ad hoc vt latius
declarabitur in queſito ſequenti.

## Quarto tu queres

Quare in qui-
buſdam qui ydropicantur de calida cauſa vł de
frigida plus generatur de aquoſitate ꝛ minus
de ventoſitate in quibuſdam fit econtrario ꝛ ſic
ſiunt diuerſe ſpecies ydropiſis. ¶ Dicendum ꝙ
licet natura ciborum faciat aliquid ad hoc vt eſt
dictum ſtatim ſm ꝙ eſt ſiccus vel humidus. effu
matio tamen eleuata a chilo recepto in conca-
uo epatis principalius limitatur ꝛ diuerſificatur
ex conplexione ꝛ ex diſcraſia epatis: quia calida
ꝛ ſicca magis effumāt in ventum. Calida ꝛ hu-
mida in aquam. Raſis in ſuo continente. Pro-
pter quod corpora calida ꝛ ſicca melancolica cō
muniter incurrunt timpaniſten minus ſiccā. vel
aliqualiter humida alchitem. hoc vult Raſis
in ſuo continente. Et hoc videmus de facto. Et
ratio dicti eſt quia caliditas euaporās ꝛ eleuās
fumuꝫ licet de ſe acuat ꝛ ſubtiliet fumū. magis
tamen vnita cum ſiccitate ſeu in membro ſicco
ex ſui natura: propter quod in talibus plus de
vento generatur ꝙ de aqua. Contrarium fit in
alijs.

## Quinto tu queres que

ſpecies ydropiſis ſit deterior: intelligēdo ꝙ par-
ticularia concurrant ꝙ vtraqꝫ ſit cum apoſtema
te vel ſine. Uidetur ꝙ yposarcha ſit deterior. qꝛ
complexio totius corporis in ea magis corrum-
pitur quia epatis venarum ꝛ carnis. Hoc dicit
Raſis in ſuo continente auctoritate Iohānicij
Item fit magis cum diſconuenientia particula
rium: quia communiter fit a cauſa frigida. Alia
communiter a cauſa calida. ¶ Item materia ypo
ſarche magis occupat totum corpus. hoc notuꝫ
eſt. conſequentia nota: quia plura membra le-
duntur. ¶ Poſtea probo ꝙ timpaniſtes ſit de-
terior quia fit a maiori lapſu quia a maiori calorē
quarto amphoriſmorum cōmento illius. Qui-
buſcunqꝫ tortiones circa vmbilicū ꝛ lūbos igit
erit deterior. Itē qñ duo morbi tēdūt ad vnū finē

vltimus eſt deterior quia in eo eſt maior lapſus
et virtus magis debilis alchites ⁊ timpaniſtes
tendunt ad vnum finē in corpore noſtro quia ad
tumorem ⁊ corruptionez corporis ⁊ ex alchite fit
timpaniſtes. hoc vult Raſ in ſuo continēte. Ra
tio dicti eſt: quia calor continue magis augmētatur
⁊ tūc magis de vento generatur hoc ponit Raſ
Idem ponit Ga. 4°. amphor. cōmēto cañ. dicti.
Quibuſcunq; tortiones quia vētus a maiori ca
lido generatur ꝙ aquoſitas. hoc ponit ſimiliter
ille Gilbertus ⁊ oēs moderni. ¶ Ulterius ꝓ
bo hoc intentione Raſ in ſuo continente. c. pro
prio. vbi hoc ponit ex cauſa dicta: quia ventus fit
a maiori lapſu: quia a maiori cal. ⁊ cum maiori
diſconuenientia epatis quia a mala ſicca com
plexione epatis. Et epar in ſui natura eſt humi
dum immo fons humiditatis 2°. tegni. ¶ Ulte
rius probo hoc intentione Auerrois. 3°. collecto
rij. ca° de accidentibus contingentibus digeſti
ue epatis: vbi dicit ꝙ timpaniſtes ē deterior ſpe
cies. ¶ Poſtea probo ꝙ alchites ſit deterior pri
mo intentione Auicē. 3°. cañ. c. proprio qui dicit
ꝙ dignius eſt ꝙ alchites ſit deterior. Idē dicūt
omnes moderni in pſalterijs ſuis. Ratio eorum
quia alchites habet initium ab epate: timpani
ſtes a ſtomacho modo magis leditur natura ex
nocumento epatis ꝙ ſtomachi. ¶ Ulterius ar
guitur ſic: quando duo morbi tendunt ad vnum
finem vltim⁹ eſt deterior quia in eo eſt maior la
pſus ⁊ virtus magis debilis: ſed alchites ⁊ tim
paniſtes tendunt ad vnum finem quia ad tumo
rem ⁊ inflationem ⁊ corruptionez corporis ⁊ al
chites eſt vltimus: quia ex timpaniſte de frigida
fit alchites de frigida. Hoc vult Raſis in ſuo cō
tinente. Gilbertus hoc declarat: quia ſi fiant a
cauſa frigida dum plus procedūt frigiditas ma
gis augmentatur ⁊ ſic plus de aqua generatur.
quia aquoſitas a cauſis frigidioribus ⁊ ventus
a calidioribus generatur. 4°. amphor. cōmēto
illius. Quibuſcunq; tortiones ⁊c. ⁊ ſic in alchi
te eſt maior lapſus. concluditur ergo ꝙ alchites
neceſſario ſit deterior ſpecies. ¶ Dicendum ad
iſtam dubitationem eſt ſciendū ꝙ quelibet ha
rū ſpecierū ydropiſis fit a cauſa calida vel frigi
da q: a mala complexione calida vel frigida epa
tis generāte inſtrumētaliter tamen talem vento
ſitatem ⁊ aquoſitatem. Uerum yposarca fit ſem
per de cauſa frigida ⁊ non fit de cauſa calida ni
ſi fiat ex retentione ſanguinis magna in mēſtru
is ⁊ emorroydibus tunc fit ſubito tūc competit
flō mia, aliter non vt ponit Raſis in ſuo continē
te. ¶ Aliter fit de ſanguine aquoſo flātico quo
quo modo fiat Raſis. Auicenna ⁊ omnes con
ueniunt ꝙ eſt minus mala. quia licet diſcraſia
ſit magis vniuerſalis ⁊ cum quadam diſconue
nientia non eſt ita fortis in epate renibus ⁊ ſple
ne. Alchites ⁊ timpaniſtes fiunt de cauſa calida
⁊ frigida: quia a mala complexione epatis calida
vel frigida que eſt cauſa inſtrumentalis genera
tionis ma° ydropiſis vt eſt dictum ſupra. ſ. aq̄ſi
tatis ⁊ ventoſitatis. ¶ Tu dices: ventoſitas ſem
per generatur a calore claudicante ⁊ modico. hoc
vult Ga⁹. vi. de morbo in. ca°. 5°. in multis locis
ergo non poterit generari a calido excedenti.
¶ Dicendum ꝙ verum dicis ꝙ ventoſitas ſem
per generatur a calore naturali modico ⁊ clau
dicante: ſed calor naturalis claudicat ⁊ fit modi
cus dupliciter. Uno modo per viam extinctiōis
a frigido ſubintrante ſic generatur in alchite ⁊
timpaniſte de cauſa frigida: ſed quia aquoſitas
fit a cauſis frigidioribus ⁊ ventoſitas a calidio
ribus vel a minus frigidis cōmento illius. Qui
buſcunq; tortiones. Ideo timpaniſtes de frigi
da parum durat ſtatim conuertitur in alchitem
de frigida. Alio modo claudicat calor naturalis
⁊ fit modicus per additionem caloris innatura
lis ⁊ per eius reſolutiōem: quia ſpūs qui ſunt cal
naturalis reſoluūtur. nam calor naturalis dicit
concretū ſubm ⁊ accñs. 2°. de complexionib⁹: q: va
porē illū ſeu ſpm̄. Et quanto calor innaturalis plus
augmentatur plus naturalis reſoluitur ⁊ debilitatur:
quia eius forma puta tēperies corrūpitur: nā ca
lor naturalis ē tēperat⁹ ſic vētoſitas a calore mo
dico naturali generatur ꝑ modicā decoctiōem rei
obiecte quia accñtal' nō decoquit ſed corrumpit
Ideo oportet ꝙ in omni diſcraſia ſit calor natu
ralis realiter. aliter nulla fieret digeſtio cibi nec
humoris. Uerum eſt ꝙ vltimū habet rationem
forme totius calor noſtri corporis formaliter ē ꝓ
ter naturam. licet realiter ibi ſint duo calores: hoc
eſt commune in omni mala diuerſa vt ponit ga.
in libro de malicia complexione diuerſa in. c. 3°. iſta
verba nō apprehendunt moderni noſtri debiles
in arte. Cum ergo alchites ⁊ timpaniſte fiat de
cauſa calida ⁊ frigida vt eſt dictum que horū ſit
deterior. ¶ Dicendum ꝙ in cauſa calida timpa
niſtes ē deterior quia ex alchite fit timpaniſtes i
proceſſu: quod patet ex declaratis: quia ventoſi
tas a cauſis fit calidioribus magis ꝙ aq̄ſitas in
cōmēto cañ. allegati. Et dū plus ꝓcedūt lapſus
ille ad caliditatem augmentatur ꝓpter qd plus
de vēto gñatur ⁊ ſic alchites de cal'a mutatur in

timpaniſtez de calida in quo erit maioꝛ lapſus. ideo erit deterioꝛ. Si aũt fiat a cauſa frigida tũc dicemus ecõtra per rõnem cõtrariam. Alchites eſt deterioꝛ quia eſt vltima. Et timpaniſtes de frigida fit alchites frigida. quia in ꝓceſſu lapſus ad frigiditatẽ augmentat̃. ideo plus de aqua generat̃ ꝙ̃ de vento per textum gal̃. ergo timpaniſtes de frigida fiet alchites de frigida. Sic ſolute ſunt rõnes vtriuſq̃ partis ſup hoc. Tu dices: comparemꝰ extremũ extremo que eſt deterioꝛ an alchites de frigida an timpaniſtes de calida. Dicendum ꝙ vtraq̃ in ꝓceſſu eſt moꝛtalis. vez auerroys dicit ⁊ auicẽna. ꝙ alchites in vltimo eſt moꝛs innati caloꝛis.

**Sexto** tu queres. in ꝑ̃ncipio quelibz earum eſt curabilis: in ꝓceſſu incurabilis: que iſtarũ erit difficilioꝛis cure. Dicendũ ꝙ ſi alchites de calida fuerit in ꝑ̃ncipio ⁊ timpaniſtes ꝙ timpaniſtes eſt deterioꝛis cure. Cauſa duplex eſt: q꞉ quã ꝙ̃ ſit in ꝑ̃ncipio in timpaniſte ẽ lapſus maioꝛ. q꞉ ventoſitas a maioꝛi calido generat̃. ⁊ per cõſequẽs maioꝛ debilitas epatis. ſimilit̃ q꞉ talem cãm materialẽ capere non poſſumus cum medicina attractatiua. oppoſitũ eſt in alchite de calida ſi in ꝑ̃ncipio ſil̃r fuerit. Si autem fiat a cauſa frigida licz in alchite de frigida ſit maioꝛ lapſus per rõnem cõtrariã. q꞉ cã materialis non poteſt capi virtute ſpecifica ab aliqua medicina. Dico ſil̃r ꝙ timpaniſtes eſt deterioꝛis ſic intellexit auerroys loquẽdo de maioꝛi malicia ⁊ plures auctores ſil̃r.

**Septimo** tu queres. Cuius particule epatis ydropiſis eſt paſſio ꝑ̃ncipalit̃. Dicendũ ꝙ ꝓ generatõne illiꝰ aquoſitatis eſt paſſio ꝑ̃ncipalit̃ concaui. ibi eſt mala complexio calida cõiter ꝓpter opilatõnes gibbi. Si intelligamꝰ ydropiſim ꝓ tumoꝛe tunc eſt paſſio viarũ vmbilici ⁊ partiũ que ſunt inter cifach ⁊ mirach cõcomitando paſſionẽ alioꝝ mẽbroꝛum ſtomachi in timpaniſten. ⁊ renuz vl̃ ſplenis in alchite.

**Octauo** tu queres. ydropiſis ẽ paſſio ꝑ ſe vel ꝑ colligãtiam. Dicendum ꝙ ꝓ gñatõne cauſe material̃ ⁊ ꝓ tumoꝛe illo ſemꝑ eſt per colligantiã. venit quod venire nõ debet ſm naturã. ſ. diſcraſia ⁊ matia. Vez cã aliqua coadiuuãs poteſt ibi cõcurrere que nõ erit per colligantiã ſ per ſeꝫ debilitas epatis in ſua cõpoſitione. q꞉ eſt rare ꝯtexture in quibuſdaz vt in habẽtibus longos digitos de facili ydropicãtur circa quadrageſimum annum.

**Nono** tu queres. ydropiſis q̃s moꝛbus eſt in ſe in genere ⁊ in ſpẽ. Dicenduz ꝓ tumoꝛe illo eſt triplex genꝰ moꝛbi mala cõplexio humida de humiditate ſalſoſa ſm plus ⁊ minus: ſm qð eſt diſcraſia calida ⁊ mala cõpoſitio ⁊ ſolutio cõtinui. Ideo aliqui moderni dicũt ꝙ ydropiſis eſt apoſtema aquoſũ ⁊ vẽtoſum. ꝓ cauſa aũt efficiẽte ydropiſis eſt moꝛbꝰ conſimilis mala calida vl̃ frigida.

**Decimo** tu queres. Dictũ eſt in ꝑ̃cedẽtibus ꝙ opilatio eſt vna cauſa foꝛtis ydropiſis: puta talis ſitꝰ materie in vijs illis. Tu dices cuius ꝑticl̃e epat̃ opilatio epatis eſt paſſio ꝑ̃ncipal̃r. Soluit ga. vᵒ. de interioꝛibꝰ. caᵒ. penultimo ꝙ venarũ gibbi ꝓpter quã aquoſitas regurgitat ⁊ fluit ex ſe vl̃ ab expulſiua regulata ad vias aſſuetas in vtero materno. quia ad vmbilicũ per quem natura expellebat illã aquoſitatem: q꞉ per partẽ illam vrinabãt.

**Vndecimo** tu queres. Cuiꝰ virtut̃ epatis ydropiſis ẽ nocumentũ paſſiue intelligẽdo. Soluit l̃ra. vᵒ de interioꝛibꝰ in caᵒ penultimo ꝙ gñatiue ſanguinis epat̃ ꝓpter colligantiaz expulſiue ipius ſi ſit ibi opilatio in gibbo vl̃ per colligantiã attractiue renum vl̃ ſplenis ſi tales nõ faciãt officiũ ſuũ.

**Duodecimo** tu queres. Cuiꝰ virtut̃ ydropiſis ẽ nocumentũ actiue ſeu paſſio ꝑ̃ncipal̃r. Dicẽdum ꝙ ꝓ tumoꝛe eſt paſſio regitiuarũ naturaliũ ventris ⁊ partiũ vicinarũ. ꝓ cã gñatõnis materie eſt paſſio regitiuarũ naturaliũ oĩum membꝛoꝝ. nã non ꝓuidet̃ eis de obiecto ſufficiẽti nutritõnis circa quod agũt miſtrãtes ⁊ miſtrate virtutes. hec ſufficiant de clarificatõne ydropiſis.

**Iſtis clarificatis** cura cuiuſq̃ ſpeciei ydropiſis tibi pateſcit. Prius tamẽ ꝙ̃ in cura ꝓcedas ſcire ⁊ cognoſcere opoꝛtz quã ſpeciez ydropiſis patit̃ ⁊ cãm immediatã inſtrumẽtalez gñatiõis materie. puta an ſit mala calida aut frigida. ⁊ cõſiderare oꝫ cãm ſitus materie in vẽtre ⁊ in alijs membris. Et cõſiderare opoꝛtz tempꝰ ſui aduentꝰ. nam ſi ſit incipiẽs firmari ſeu in neutralitate decidẽte q̃ cachecia d꞉ ab auic̃. faciliter curat̃ niſi ſit ex febꝛe vel apoſtemate epat̃ vl̃ ſplenis vel renũ. Si aũt firmata fuerit ꝑ mentez cum difficultate curat̃ ſpecial̃r calida potiſſime illa in qua vrine tendũt ad ruboꝛẽ notabilez. Reparant̃ aũt in aliquo ⁊ in vita ꝓlõgant̃ a bono medico. Vez oẽs ꝯuenũt ꝙ̃ yypoꝛarca eſt magꝭ ꝓpinqua

ſanationi.lꝫ quãdo permutat̃ in lẽcofleumanci
am ſit difficilis ſanatõnis.q: tunc vtus eſt mag̃
debilis ꝓpter quod materia eſt mag̃ aquoſa et
ĩnaturalis licꝫ ſit minus ventoſa.q: illa mala cõ
plexio frigida ⁊ humida in membꝛis cõtinue pe
ioꝛatur ⁊ augmentatur ſic magis de aquoſitate
⁊ minus de vento generatur. Ex iſta ratione y-
poſarcha tranſmutat̃ in lẽcofleumãtiã ⁊ timpa
niſtẽ de frigida ⁊ in alchitem de fria vt eſt dictũ

# Si quis ergo ipoſar

cham habuerit ex retentione mẽſtruoꝛum vel e-
moꝛroydarum quod pateſcit ex relatis. ⁊ quia
ſubito inflatur in facie ⁊ ſupercilijs ⁊ alijs mẽ-
bꝛis cum plenitudine ⁊ inflatione venarum ta-
les flobothomentur de conſilio raſ in ſuo conti-
nente.pꝛecedente tamen caſſiaſ. Et licꝫ in tali-
b⁹ ſit mala complexio excedens humida ⁊ ali-
qualit̃ calida illa excedens humida hebetando
calidum cauſat in modico tempoꝛe malã frigi-
dam.ꝓpter quod poſt paululum iſta a quacũꝙ
alia yposarcha in cura nõ diuerſificat̃. Intentio
autẽ curatiua cuiuſcunꝙ yposarche in pꝛoceſſu
duplex erit. Una eſt malã cõplexionem frigidã⁊
humidam epatis ⁊ membꝛoꝛũ coꝛrigere ⁊ repa
rare. Secunda erit materiã per ſeceſſum. vomi-
tum.vꝛinam⁊ ſudoꝛẽ euacuare ⁊ conſumere hoc
vult raſ in ſuo cõtinente.q: materia flegmatica
aquoſa multa abundat in ſtomacho⁊ in epate ⁊
in toto coꝛpoꝛe. Uerꝫ in yposarcha non eſt opila
tio in gibbo epatis ſicut eſt in alchite ⁊ in tim-
paniſte quia illa materia aquoſa non trãſiret ad
membꝛa remota ſed flueret ad partes vmbilici:
⁊ vẽter pꝛe ceteris membꝛis inflaret̃.ꝓpter quod
non eſt intendẽdum ad deopilandũ ꝓut in alijs
ſpeciebus ydropiſis:ſed ad educendũ materiaꝫ
per vꝛinas. In pͥmis ergo mundificet̃ ſtomach⁹
cum caſſiaſ.ſic. ℞.pꝛunoꝝ damaſcenoꝛum.vua-
rum paſſarũ mundatarũ ab arill̃. caricarũ pin-
guium.iuiube.ſebeſten.añ.ʒ.ß.fiat decoctio in.ij.
lib.aque donec redeat ad.lib.ß.in qua diſſoluãtur
caſſieſ.bene mundate.ʒ.ij.fiat potus.detur in oꝛ
tu ſolis ⁊ quieſcat in lecto capite baſſo. In ſom-
no per duas hoꝛas ⁊ non comedat niſi poſt ter-
tias.Hoc facto ſi initiũ habeat ex ſanguine retẽ
to in menſtruis vel emoꝛroydibus fiat flobotho
mia de epatica. Conſequẽter poſt aliquos dies
flobothomet̃ de ſophena domeſtica in vno ꝑe-
de.qua non inuenta de ſilueſtri. Poſt aliquos
dies de ſophena alterius pedis. ¶ Patiens iſtã

yposarcham vel quamcunꝙ aliam vtatur melli
crato tepido ſequenti ſine alia mixtura. ℞.coꝛti-
cis radicis feniculi.petrocilij.apij.raphani.ana.
m.ß.coꝛticis radicis yreos.ʒ.vnam.radicis acho
ri.ʒ.duas.maioꝛane.valeriane.centauree mino-
ris.mentaſtri.melliſſ.ana.m.ß.azari.ʒ.vnam.a-
meos.cuſcute.ana.ʒ.ß. aniſi. maratri. dauci. ſe-
minis apij domeſtici ⁊ montani añ.ʒ.duas.mel-
lis albi deſpumati quart̃. vnum ⁊ ß. aceti ſqui-
litici.ʒ.ß. fiat mellicratum bene clarificatum ad
lib.duas.ſumat ſero ⁊ mane. renouetur de quin-
ꝙ in quinꝙ diebus. Quo facto per decem vel
duodecim dies ſumat iterum caſſia infiſtulã di-
ctam vel iſtam colaturam. ℞.vuarum paſſarum
mundatarum ab arill̃.ʒ. vnam.polipodij quer-
cini.ʒ.vnam. ſene epithimij.ana.ʒ.ß. radicis yre-
os.ʒ.ß.azari.ʒ.ß. ſeminis cuſcute.ʒ.duas. agari-
ci electi.ʒ.tres.turbith electi gummoſi.ʒ.ij.ʒʒ'.a-
niſi.añ.ʒ.vnã.ſalis gẽme.ʒ.ß.fiat decoctio in qua
diſſoluat̃ caſſieſ.mundꝰ.ʒ.vna.fiat potus. fiat de
ſero decoctio ⁊ temperent̃ oĩa per noctẽ. Uel ſu-
mat de pill̃.de agarico.ʒ.ij.vel.ʒ.ij.⁊.ß Iſtis expe
ditis ſumat ſero ⁊ mane quibuſdam diebus de
metridato in quantitate amigdale.diſſoluat̃ cuꝫ
modico vini vel ſumat per ſe. Iſta pꝛoſequendo
vtatur exercitio bono ante pꝛandium ⁊ ante ce-
nam.parum comedat ⁊ minus potet.vtatur car-
nibus electis. Et talia pꝛoſequẽdo ſtuphet̃ in ſtu
pha ſicca facta cum lapidibus fluuialibus can-
dentibus ſuperſparſo vino albo vel claro. Stu-
phetur ad placitũ duobus diebus de mane reite
rando ſemel in quidecim dieb⁹. Loco huius ſtu-
pha naturalis ſulphurea ſibi competit ꝙ ſtuphe
tur pͥmo de mane. Conſequẽter balneet ſe in a-
qua illa ſulphurea vel ſalſa loco hoꝛum. De con
ſilio Raſ ſepeliant̃ in arena bene calefacta a ſo
le tempoꝛe calido. ⁊ obumbꝛet̃ ne ledatur a ſole
in capite. Aliqui auctoꝛes volunt ꝙ pꝛius inun-
gantur cum ſtercoꝛe recenti bouis. loco hoꝛum
ponantur in furno pane extracto taliter calido ꝙ
poſſint tollerare.ponant poſtem ab intra ⁊ iace-
ant ibi tenendo caput extra.vel ponant̃ in fouea
bene calida.faciant vnam foueam ad modũ pu-
tei lati pꝛofundam per quattuoꝛ palmos ⁊ cale-
faciunt cum vitibus vel ramulis de iunipero vel
alijs.quo facto extrahunt pꝛunas ponunt ibi po
ſtem ⁊ folia ebuloꝛum ſedent ibi inuoluti. nam
optime tollerant quia attrahunt aerem frigiduꝫ
ſine fatiga eſt optimũ remedium. Et ſi vngeren-
tur cum ſtercoꝛe bouis vt dictum eſt eſſet meliuſ

quia magis exiccarentur in carne ⁊ in alijs mē-
bris.talia proſequendo,redeant ad mellicratū
dictum ⁊ ad metridatum per vices. Loco metri
dati ſumat de iſta dyalacca per ſe vel cum vino
claro vel albo vel in pillulis in quantitate caſta-
nee.℞.coſti ſpice.carpobalſami.xilobalſami caſ
ſielignee.azari. cinamomi. croci. ſquinanti.zin-
ziberi.reubarbari. maſticis. ariſtologie longe.et
rotunde.anā.ʒ.vnam.myrre. gentiane. aniſi. apij
polij gariofilorū.eupatorij.abſinthij. nucis mu
ſcate. ana.ʒ.ß. cubebarum.ʒ. duas.lacce.ʒ. duas
mellis deſpumati quod ſufficit.reſeruentur in pi
xide.¶ Aduerte ꝙ non ſit nimis coctum. capi-
at de ſero vel de mane vt dictum eſt.vtatur pane
duorum dierum vel triūm.quando piſtabitur ſu
peraſpergatur modicum aniſi maratri ⁊ calefa-
ciat ad ignem panem quem comedat dum erit
in mēſa vtatur vino claro ſubtili antiquo in mo
dica quantitate tamen. vtatur carnibus electis
capreti mutonis iuuenis ⁊ bipedalibus potiſſi-
me columbis iuuenibus ⁊ auiculis paruis. aſ-
ſentur.⁊ ſi elixentur pone ibi ſatis de maiorana.

## Et ſi quis ipoſarchaꝫ

habuerit ex nimio fluxu emorroydarum vel men
ſtruorum.ſuccurratur illi fluxui ⁊ male humide
ſtomachi et fiant illa que dicta ſunt. ¶ Et ſi
quis yposarcham habuerit ſine iſtis ſuccurra-
tur male humide ſtomachi et membrorum cuꝫ
ſtuphis ſiccis et alijs. Vtatur ſale ſacerdotali.
cuius receptam inuenies in antidotario. Vitet
cibum in magna quantitate ⁊ maxime potum.
vitet offas inſuper potum inter duas comeſtio-
nes. Iſta tibi ſufficiant pro cura cuiuſlibet ypo-
ſarche.

## Et ſi quis alchiteꝫ vel

timpaniſteꝫ de cauſa frigida habuerit. quod pa
teſcit quia extenuantur corpora eorum cum tu-
more ventris qui ſonat velud vter plenus aqua
vel ſicut timpanum. ⁊ ſunt cum vrinis remiſſis
in colore.groſſis in ſubſtantia ⁊ modica ſiti. ad
quod faciunt etas ⁊ ſexus. Vterqꝫ horum indi-
get fortiter deopilantibus propter fortem opila
tionem in gibbo epatis.ratione cuius aquoſitas
⁊ venter tendunt ad partes vmbilici. Et quia ta
lis timpaniſtes.cito ⁊ in modico tempore muta
tatur in alchitem. quia cito frigiditas in epate
augmentatur propter quod plus de aqua gene
rabitur cum a frigido potentiori generetur ma-
gis ꝙ ventus.quarto amphoriſmorū.quibuſcū-
qꝫ tortiones ⁊c. Ideo ſimul poſſunt exequi in cu
ra.quilibet horum purgetur cum caſſiafiſt.dicta
ſupra ⁊ fiat mellicratum dictum addendo ſpi-
cam vtramqꝫ ⁊ ſquinantum.ana.ʒ.tres. ad deo-
pilandum gibbum epatis renouando ipſum vt
dictum eſt. Quo facto decem vel duodecim die-
bus ſumant colaturam ſuperius dictam vel pil-
lulas de agarico. Aliqui dant.ʒ.vnam yerapigre
diſſolute cum aqua cicerum rubeorum. ⁊ aliqui
duplicant coloquintidam in yerapigram ⁊ dant
ʒ.ſex. Aliqui dant. ℈.ß. de coloquintida groſſo
modo puluerizata.⁊ grana duo bdellij. cum fi-
cu. Gordonius loco horum laudat succum yre-
os crudum.quattuor vel.ʒ.ſex.mediam cloſcaui
oui per ſe vel cum modico oui ſorbilis ducuntur
ter qualibet ſine violentia de illa aqua citrina.
Gordonius laudat multum in ydropiſi de frigi-
da nec curabat de alio laxatiuo. ¶ Facta purga
tione auctores multum laudant vrinam propri-
am ꝙ ſumant de mane vel vrinam capre cum.ʒ.
ß.ſpice nardi vel,celtice puluerizate vel ſerum ca
prinum cum.ʒ.ß. ſpice nardi puluerizate. vel ꝙ
ʒ.vna vtriuſqꝫ ſpice parum ibi decoquatur. fiat
potus. nam iſta fortiter deopilant gibbum epa-
tis.⁊ faciunt magnum exercitium ante prandi-
um ⁊ ante cenam ⁊ dietentur prout dictum eſt.
de alijs.ſpecialiter cum ſale ſacerdotali. Vtatur
dialacca dicta.repetantur laxatiua per interual-
la prout tibi videbitur.vel prouoca vomitum.
¶ Aduerte tamen ne des medicinas violentas
dyagrediatas nec laureolam nec meſereon.naꝫ
multum debilitant epar propter eorum maliciaꝫ
Non vidi bonum finem cum illis licꝫ auctores
dent in ſuis practicis. Et ſtuphentur in ſtupha
ſicca facta cum lapidibus candentibus vt dictū
eſt vel in ſtupha naturali ſulphurea ⁊ in balneo
iſto poſtea balneentur ibidem. Et ſi tumor ven-
tris non bene recedat cum laxatiuis dictis ⁊ a-
lijs aperitiuis. Applicetur iſtud emplaſtrum. ℞
ſtercoris capre.decoquatur in vrina pueri maſcu
li ⁊ extendatur ſupra ventrem. Vel ſic. ℞.ſterco
rum vaccarum paſcentium deſiccati et ſubtili-
ter puluerizati quod ſufficit. diſtemperetur cum
vino limphato ⁊ oleū addendo quartam partem
ſulphuris non extincti. applicetur per modum
emplaſtri. Gordonius laudat ꝙ in iſto caſu fi-
ant duo vel tria cauteria ſubtus vmbilicum ⁊ in
burſa teſticulorum vt reſudando paulatine ma-
teria aquoſa purgaretur. ¶ Contra inflationeꝫ

burſe teſticulorum. Aliqui faciunt ſic. ℞. aniſi.
marathri cimini. an̄. p. vnum. puluerizentur ſubti-
liter ⁊ incorporentur cum quart. i. olei ſambuci
vel ebuli ⁊ cum ſucco ebuli ⁊ ſambuci addēdo. ℥
vnam chimolee. ⁊ per modū emplaſtri ſupra o-
ceum ⁊ virgam ſi inflata fuerit: ⁊ ſuper tibias.
gilbertus ⁊ rogeri9 ambo laudant cauteria in ti
biis ſic inflatis inferius in baſſo loco non placz
vel ꝙ ſcarificent vt illa aquoſitas paulatine ex-
pellat. iſtud magis placet. ¶ Et ſi quis alchitez
de cauſa calida habuerit quod pateſcit q2 tume-
ſcit venter cum extenuatōne corporis ⁊ cum vri-
nis coloratis ⁊ reſidentia arenoſa in ꝓceſſu ali-
quando rōne aduſtionis humorū in venis. Idez
erit in timpaniſten vel cum vrina ſanguinolenta
ad modum loture carnis clare vel obſcure. vt di-
cetur in capitl'o de mictura ſanguinis ⁊ ſiti ma-
gna. ⁊ ſi venter percutitur auditur ſonus aque.
¶ Aduerte tamē ꝙ ſi vrine fuerint multū colo-
rate ⁊ in magna quātitate arguūt magnum la-
pſum in epate in calore ⁊ magnā opilationez in
gibbo ꝓpter quod ſignant talem non eſſe bene
curabilē. Iſti indigent vt talis diſcraſia calida
epatis ⁊ ſtomachi corrigatur ⁊ vie gibbi aperi-
antur ⁊ deopilet ⁊ materia per ſeceſſum ⁊ vrinaſ
⁊ ſudorem expellat. In p̄mis ergo purget cum
caſſiaſ. ſimplici dicta. vel cum colatura iſta. ℞.
fumiterre. m. vnū. vuarū paſſarum mund. ℥. vnaz
foliorum ſene. epithimi. polipodii quercini. ana.
℥. ß. agarici. ʒ. ii. ⁊ ß. ʒ ziziberis. aniſi. ſal' gēme an̄.
ʒ. ß. fiat decoctio in ſero caprino in qua infundat
per noctem corticu3 mirabolanoꝝ citrinorū pul-
uerizatorum. ℥. vna. fricent de mane fortiter ⁊ co-
lentur ⁊ colature addatur caſſief. munde. ℥. vna.
reubarbari infuſi in aqua endiuie. ʒ. vnam. ſpice
nardi. ℈. ß. vini boni. ʒ. ii. fiat potus. vel da de illo
ſucco yreos vt dictum eſt. Verū gordonius ma-
gis appropriat in cauſa frigida poſtea ſumat p
nouē vel decem dies de mane medium vitrum
vrine ſue. quia fortiter deopilat vias gibbi epat;
Aliqui laudant ⁊ bene poſt ꝙ ante prandiū per
duas horas ſumat tres bolos endiuie cum ace-
to quia corrigit caliditatem inde impreſſā ⁊ con
fortat epar. placet quando vrine ſunt multum ru
bee. vel ſanguis ad modum loture carnis. vel ſu
mat de ſero caprino cum. ℈. ß. ſpicenardi pulueri
ſate. vel ꝙ de vtraq3 celtica ⁊ modicum de abſin
thio bulliat in illa aqua caſei ⁊ potet nouem vel
decem diebus. vel ſumat de ſero caprino cū mo-
dico ſeminis cuſcute ⁊ endiuie puluerizatorum
vel ꝙ miſceas de aqua eius cum illo ſero capri-

no vel ꝙ bullias ibi decem grana alkekengi ſi vri-
na fuerit multum colorata. ¶ Raſis laudat mix-
tum ſirupum acetoſum diſtemperatū cum aqua
cuſcute. Dicit ꝙ non habet par in ydropiſi de ca
lida. nam aperit opilatōnes epatis ⁊ laxat vrinā
⁊ ꝓuocat. vel detur modicum de ſucco fumiterre
cum aqua caſei. Multi approbant ꝙ ſumat ſe-
pe de epate lupi ſubtiliſſime puluerizato cum a-
liquo de iſtis liquoribus faciat vnum iſtorū per
nouē vel decem dies. Poſtea aliud reiterando
caſſiaſ. dictam vel colaturam vel ſuccū yreos vl'
temperet per noctem. ℥. i. ⁊ ß. corticum mirabola
norum citrinorū pl'uerizatorum in modico ſiru-
pi acetoſi calidi. fricent de mane fortiter ⁊ colen
tur ⁊ diſtemperent cum ſero caprino quod ſuffi-
cit fiat potus. Raſis multū laudat iſtam medi-
cinā in iſto caſu. Vel detur cliſtere ſimplex ſine
aliqua opiata ⁊ ſine ſale. q2 conſequent magis
conſtipat. ¶ Aduerte ſuper hoc quod tibi dixi
ꝙ ꝓ aliquo non det pill'as de meſereon nec lau
reole nec medicinas dyagrediatas. q2 licz laxēt
fortiter in modica doſi ⁊ approbent a quibuſdā
nunq̄ vidi bonum finem ꝓpter malum veſtigi-
um quod dimittunt in ſtomacho ⁊ epate. nam
iſta membra multū caleſiunt ex hoc. Et quia al-
chites de calida in proceſſu permutat ad tim-
paniſtē de calida vt eſt declaratum. Ideo poſtq̄
proceſſerit per mēſem ⁊ vltra cōmuniter eſt per-
mutata ⁊ eſt ibi magis de vētoſitate q̄ de aquo
ſitate propter quod ꝓcedatur vt in timpaniſten:
in qua indigemus plus diſſolutiuis ꝓpter ven-
toſitatem. ¶ Et ſi quis timpaniſtē de calida ha
buerit incipiendo. vl' ꝙ alchites in eam eſt per-
mutata in tali eſt minor diſcraſia. quia aliter pl9
de vento q̄ de aqua non generaret. ideo indige-
mus remediis magis frigidis. Ideo aliqui ap-
probant duo vl' tria coclearia ſucci morelle per
nouem dies. Et indigemus aperitiuis opilatō-
num gibbi ſicut in alchite ⁊ eductōne materie
per ſeceſſum ⁊ per vias vrinales cum illis que
dicta ſunt. Et magis indigemus diſſolutiuis ꝓ-
pter plures ventoſitates. ꝓpter quod potus vri-
ne proprie nec ſpicenardi in tanta quantitate ni
ſi reprimant cum. ℈. vno. vel. ʒ. i. ß. ſeminu3 frigi-
dorum minorū. quia mixt cum duplo ſpice vl' cū
vrina propria non habent ſic locum propter diſ-
craſiam calidam maiorem. Et applica emplaſtra
dicta ſupra ventrem de ſtercore capre. ſed cū vri
na pueri pone modicum aceti ſi videas vrinas
multum rubeas. ¶ Et in emplaſtro facto de
ſtercore vaccarum pone acetum limphatum

Qui dandi ſunt cū caloris abſen-
tia fuerit ⁊ ventoſitas erit nociua
⁊ ſonitꝰ. ℞.ſeminis iuſquiami al-
bi.ſeminis aneti.ſeminis feniculi
omniū.ʒ.v. ameos.ʒ.ij.⁊.ß. opij.
ʒ.iij.ſeminis apij.ʒ.x.fiant trociſci

de quibus pondus vnius aurei in
potu ſumatur. Confectio de ſtora
ce que antiquo ventris fluxui con-
ferens ac tenaſmon cum neqꝫ fe-
bris neqꝫ caloꝛ affuerit: ſed erit vē
toſitas nociua danda eſt. ℞. caſto
rei opij azari ſtoꝛacis liquid̄ mirre
ſemis iuſquiami nigri thuris om-
niū ptes equales mellis quod ſuf
ficit ad ſpecieruꝫ confectionē. Cu
ius doſis ſit. ʒ. ij. vſqꝫ ad tres. Si
autem poſtq̄ tenaſmon decē tran
ſierit dieſ non viſa fuerint medica
mina conferre ⁊ eger ſupꝛa pecti-
nem ſentit doloꝛem redeundū eſt
ad cliſtere. Cliſtere conſtrictiuum
℞. panici excoꝛticati lentiuꝫ excoꝛ
ticatarum roſarum ſiccaruꝫ balau
ſtie capullaꝝ glandiū oīꝫ ana. m. i.
oīa in tribus libꝛis aque coq̄n-
tur donec ad libꝛam vnaꝫ ⁊ mediā
redeant ⁊ colentur deinde ſuman
tur ceruſe cineris papiri babiloni
ci aut cineris papiri amboꝝ ana.
ʒ. i. boli armenici. ʒ. ß. vitellus oui
vnius aſſati durus olei roſei. ℥. ß.
Ex his oīibus in pꝛedicto apozi
mate fricando diſſolutis cliſterize
tur eger ſemel aut bis. Quod ſi te
naſmon fuerit longi tēpoꝛis ī quo
non egreditur ſanguis: ſed caſura
alba muſcil lagini ſimilis. Medi-
camē putredinis qd̄ in caplo d̄ cu
ra gingiuarum putridaruꝫ nomi-
nauimus dandū eſt Ex quo ī apo
zimate eoꝛum qd̄ nominauimꝰ fri
cato diſſoluto cliſtere ſemel aut biſ
fiat. Et ſi ex ventris fluxus in ven
tre vehemēſ moꝛdicatio ſecuta fue
rit cliſtere fiat ex olō roſeo tepido
Si auteꝫ nullomodo moꝛdicat cli
ſtere fiat ex illo medicamine mul-
totiens addatur donec ſanet̄ epi-
thima de quo venter cum fluxus ſu
perfluit ⁊ virtus eſt debilitata linīē
duſ eſt. ℞. gallie acaſſie ciperi mir-
re gallarum cipꝛeſſi chiris omniū
partes equales. Ex his omnibus
vino veteri aut ſucco citonioꝝ cō-
ſperſis liniatur venter. Huic quo-
qꝫ quādoqꝫ additur panis biſco-
ctuſ de furia. Si autem cū hac egri
tudine fuerit caloꝛ epithīa fieri cō
uenit ex duobus ſandalis et roſis:
et bolo armeno et ſanſel et gallie ⁊
pane bis cocto cuꝫ ſucco mariano
rum ⁊ citonioꝛum ⁊ mirtino. Od̄
ſi eger vehementer patiatur tenaſ
mon et ſepe vadat ad ſellam et ta-
mē nihil egrediatur collirium iſtd̄
ſubijciatur. Eſt enim mirabile ad
ſedandum tenaſmon quod Reci-
pe thuris litij croci gummi arabi-
ci omniuꝫ. ana. ʒ. i. opij. ʒ. ij. infoꝛ
mentur colliria et ſuperponantur

De fluxu ventris peſtilentia-
li. i. foꝛti verū aliqua
ſpecies dyarrie dicitur peſtilentialis.
vt dicetur. ¶ Aduerte fluxus ventris
in genere triplex eſt lyentericus. inde
dicitur lyenteria. Dyarricus inde dicitur dyarria.
Diſſintericus inde d̄r diſſinteria. de hoc ſunt vſꝰ.
Cruda lyen ſimplexqꝫ dyar. cum ſanguine diſſin.
Lyenteria eſt velox exitus cibi ⁊ potus a ſtoma-

cho in eiſdem q̄ualitatibus vel quaſi quibꝰ come
ſti ſunt. 6°. ampho. cōmento p̄mo. dicit Gaꝰ. ad
litteram. ¶ Cauſa talis velocis exitus cibi a ſto
macho ante eiuſ digeſtionē duplex eſt. Una eſt
mala compl̄o humida lubrica cum materia vel ſi
ne in fundo ſtomachi. verum vt plurimū eſt talis
lubricitas in fundo ſtomachi: rōne materie flāti
ce adherentis ibidem. ¶ Alia cauſa eſt vlceratio
aliqualis in fundo ſtomachi: quia bothor de poſ
ſibili ibi fuit generatū vel materia colerica de poſ
ſibili vlcerauit partem illam: ideo cibo aduenien
te fit mordicatio ⁊ incitatio expulſiue vt inde ex-
pellat caſus ꝯtingit pl̄ies q̄buſdaꝫ aduſtis ꝓpt̄
vnam iſtarum cauſarum: ſtomachus nō poteſt re
tinere tēpore ſufficienti. pro digeſtione eiꝰ q̄d tē-
pus cōmuniter in ſanitate. xij. vel. xv. horarum vl̄
circa ſcd̄m lenitatem vel groſſitiem maiorem vel
minorem cibi. vt dicit Auic̄. 3°. cañ. capl̄o de tar-
ditate decoctōnis cibi a ſtomacho. verum in egri
tudinibus ⁊ in fluxibus ventris eſt breuius tēpꝰ
⁊ in quibuſdam egritudinibus longiuſ: quia di-
geſtiua debilior. Et intelligas talem moram cibi
in ſtomacho. quātum ad eiuſ partem groſſiorem
quia pars eius ſubtiliſ continue tranſcolatur ad
inteſtinum ieiunū. Et inde attrahitur per meſe-
raycas ab ipo epate: ⁊ ſic paulatiꝫ pars ſuperior
ſtomachi ianitur. ideo poſt ſex vel ſeptem horas
appetimus cibum ⁊ fameſcimus. licet in fundo
ſtomachi ſit portō magna cibi preaſſumpti quia
fames eſt inanitio orificij ſtomachi ſenſata. 4°.
de morbo in capl̄o. 1°. ¶ Dyarria eſt fluxus ven-
tris humoraliſ ⁊ iſte eſt multiplex in ſpecie. quia
ſunt nouem ſpecies vel decem ratōne particule
mandantis ⁊ recipientis cum nocumento ⁊ ra-
tione cauſe materialiſ quod eſt in dyarria que fit
a cerebro per viam catarri materia deſcendit a ca
pite ad ſtomachum per poros meatus extra ipaſ
venas. talis fluxus eſt de materia flātica que de-
ſcendens ad ſtomachum commouet chiloſitatē
⁊ humores exiſtentes in concauo ſtomachi ⁊ fa
cit eos fluere ad inferius. Sil̄r talis materia reu
matica deſcendens corrumpit aliqual̄r cibum in
ſtomacho. ex iſta cauſa duplici fluxus vnetris ꝑ
viam catarri a capite durat quibuſdam diebꝰ ter
vel quater in die ⁊ egeſta ſunt aliqual̄r ſpumoſa
cum grauitate capitis. ypo. 1°. ampho. Quibuſ-
cūꝙ ſpumoſis. Alius talis fluxus ventris ꝑ viā ca
tarri a capite fit a materia contenta in capite in-
fra venas ⁊ arterias capitis ⁊ tunc eſt mateᵃ cō-
mixta colica ⁊ flātica ⁊ talis materia venit per ve

nas capitis ad inferius: ⁊ cōmouet humores in
venis ſubiacentibꝰ ⁊ facit eos fluere ad epar. ⁊ ꝑ
ꝯſequēs ad inteſtina talis eſt maior poſt ſomnū
⁊ non poſſunt bene dormire ſomniant mala. In
p̄ncipio egeſta fuerūt quaſi ſpumoſa textu dicto
ypoc. 1°. ampho. Iſte fluxus de poſſibili ſubſeq̄t
ad p̄miū: ⁊ durat. ¶ Alia eſt dyarria que fit a ſto-
macho. Iſta dyarria ſtomachalis eſt multiplex.
Quedam eſt peroxiſmalis durat duobus aut tri
bus diebus. nam materia ſordida congregat̄ in
ſtomacho in quibuſdam potiſſime in guloſis vel
crapuloſis talis materia congregata in cōcauo
ſtomachi. inſultat̄ a natura ſtomachi ab ipa ex-
pulſiua: ſed materia acuta: vel pūgitiua fuerit vl̄
ab ipa ꝯtentiua ſi pungitiua non fuerit nam ipa
deſinit talem materiā non potens eam ſuſtinere
Ideo aſcellat q̄buſdā vicibꝰ duobus aut tribꝰ die
bus. verū talis materia augmentat̄ ⁊ multiplica
tur ex cibo ſupueniēte. q̄ꝛ aliqua portio eiꝰ corrūpi
tur rōne talis maᵉ ꝯmote. Ideo non eſt mirādū
ſi duobꝰ aut tribuſ diebus aſcellēt de tali maᵃ ſto
machali quibuſdam vicibꝰ. ¶ Alia ē dyarria ſto
machalis q̄ ineſt q̄buſdam delicatis macillēt̄ ex
debilitate digeſtiue que durat pl̄ibus diebꝰ. nam
cibꝰ in talibꝰ male digeritur ⁊ quaſi aliquali cor-
ruptione ſemicorrūpitur. Id̄o a ſtomacho expel
litur ad ipa inteſtina. nam ꝯtentiua grauata a ta
li ſordido deſinit abire. 6°. de morbo in capl̄o p̄°
Idem dicit. 6°. de morbo in c°. penultᵒ. Alia iſta
dyarria ſtomachal̄ ex debilitate digeſtiue ⁊ ex ali
quali corruptōe cibi in ſtomacho: vt eſt in die na
turali vſꝙ ad duas vel tres ſellas quibuſdaꝫ fe-
bricitantibꝰ feb. ꝯtinua: vel q̄buſdā pleureticiſ. ⁊
cōiter cōicat in tali fluxu ventoſitas in inteſtinis
Ideo q̄dam eoꝝ habent ſingultum. cōiter oīs
moriuntur: quia virtutes naturales ſtomachi in-
cipiunt mortificari: ymo febricitanteſ in regione
extranea potiſſime ſenes moriuntur cum iſta ſpe
cie dyarrie eſt caſus notandus. ¶ Alia eſt dyar-
ria ſtomachalis ⁊ inteſtinalis: quia primoꝝ inte-
ſtinorum ꝯmuniter ⁊ de poſſibili inferioruꝫ ſimi-
liter que pluries fit in pueris. ⁊ fit a neruibꝰ lon-
gis lubricantibus ipa prima inteſtina fundi ſto-
machi. nam iſti ſunt vermes longi qui lubricant
inteſtina. ideo dicūtur lumbrici a lubricitate quā
inducunt. ¶ Alia eſt dyarria que fit ex opilatio-
ne meſeraycarū venarum que fit cōmuniter a ci-
bis groſſis ⁊ dulcibus: potiſſime in guloſis. fit ſi
militer interdum ex materia humorali apoſtemo
ſa. ſed tunc concomitatur feb. cum notabili dol.

dextri ypocundrij. 5°. de iteriorib⁹ in ca. penulti°.
¶ Alia ē dyarria epatica fellea in qua multa co.
ab epate ⁊ eius venis: ⁊ a cistifellis expellitur de
iſta communiter vlcerātur inteſtina ⁊ venit in diſ
ſinteriam inteſtinalem. ¶ Alia eſt dyarria humo
ralis a toto corpore. Iſta fit interdum per viam
criſis ⁊ mundificatōis. interdum fit per viam ſin
thomatis quod cognoſcitur ſi confert ⁊ bene fe-
rant ex bona tollerantia ⁊ econtra. in iſta euacu-
antur omnes humores. ex iſta veniunt in diſſinte
riam inteſtinalem. ſed non tantū ſicut ex predi-
cta. ¶ Alia eſt dyarria que fit a toto corpore de
materia corrupta ſemiuenenoſa ex ſe vel ratione
veneni preaſſumpti cum cibo vel alias cum qua
communicat ſubmerſio pulſus ⁊ eius debilitas
iſta contingit pluribus poſt comeſtionem funga
rum malarum vel vuarum aranee vel ficuū cum
culo aperto quia ibi intrant aranee ⁊ ſimiles ba
bote talis fluxus dyarricus dicitur peſtilentialis
communiter moriuntur: ⁊ ſi conualeſcunt rema
nent debiles. quidam depilantur in cuti. quidam
perdunt vngues. ¶ Alia eſt dyarria ſplenetica:
cum egeſtione ſubnigra. tunc venit materia a ve
nis ⁊ arterijs regionis ſplenis: vel cum egeſtis
multum nigris. tunc venit materia a ſpongioſita
te ſplenis. ſi tal' veniat in principio mortale. 4°.
ampho. canone illo. Ex egritudinib⁹ quibuſcun-
q₃ incipientibus. ⁊ in. 4. cañ. ſequentibus: q: ma
teria peſſima ⁊ incorrepta expellitur arguens vir
tutem debilem: non potentem expectare tempuſ
correctionis ipſius. ¶ Alia eſt dyarria que fit ꝓ-
pter liquefactionem humiditatum membrorū: vt
fit in ptiſicis ⁊ quibuſdam ꝓpinquis morti in a-
cutis. ¶ Diſſinteria eſt fluxus ventris ſanguine⁹
cum ſanguine multo per interualla vel pauco. 6°
de morbo capl'o penultimo. Idem dicit. 5°. inte-
riorib⁹ in capl'o penulti°. nam diſſinteria nomen
grecum eſt deſcribens fluxum ſanguinis per in
feriora. vt dicit Symon ianuenſis in ſuis ſinoni-
mis. ¶ Unde diſſinteria duplex eſt epatica. alia
eſt inteſtinalis. ⁊ iſta a quibuſdam modernis ap
pellatur diſſinteria vera. alia appellatur nōvera.
Ga⁹ aūt in. 6°. de morbo in capl'o penulti°. vocat
vtrāq₃ veram. Epatica eſt fluxus humoralis cū
portione magna ſanguinis per interualla veni-
ens ſine excoriatione inteſtinorum. 6°. de morbo
in capl'o penultimo. Idem dicit. 5°. de interiori-
bus in capl'o penultimo. Iſta habet tres ſpecieſ
vt dicit Ga⁹ ibidem. Una ſpecies diſſinterie epa
tice eſt in qua expellitur ſanguis ſatis naturalis

per egeſtionem a bonitate virtutis expulſiue ve
narum epatis: vt contingit in pluribus caſibus.
puta in ocioſis crapulan̄ qui dimiſerunt exercitia
⁊ labores. ⁊ quibuſdam emutilatis. ⁊ quibuſdā
qui dimiſerunt flobothomias aſſuetas: vel aliaſ
euacuationes ſanguinis perdiderunt. ⁊ quibuſ-
dam replens ſanguine multo qui ſumpſerūt me
dicinas leues ⁊ nonviolentas. ⁊ in criſi bona ali
quarum febrium ſignis digeſtionis apparenti-
bus. Debiles in arte dubitant in tali egeſtiōe ſā-
guinis: quia ignorant ea que raro contingunt vt
dicit Galienus in locis allegatiſſtatim. ¶ Alia
eſt ſpecies diſſinterie epatice in qua expellit' ſan
guis ad modum loture carnis dum animal inter
ficitur ex debili contentiua epatis. 6°. de morbo
in capl'o penulti°. In proceſſu exit ſanguis groſ
ſior ⁊ exit cum quadam erugine ſanguinis. poſt
ea cum groſſiori quaſi fece vini quia contentiua
epatis fortificatur. ideo digeſtio epatis plus dige
rit. ideo exit plus ſanguinis inſpiſſatus ad mo-
dum fecis vini. Uerba ſunt Galieni in locis di-
ctiſ. ¶ Alia eſt ſpecies diſſinterie epatice in qua
exit ſanguis nigrior naturali ſanguine ⁊ lucid⁹.
quaſi mixtura ſanguinis ⁊ colere nigre. quia ſan
guis nigreſcit in mora aliquali in ipſis inteſtiniſ
quia refrigeratur ⁊ claritas amittitur. vt dicit ga
lienus. 6°. de morbo in capl'o penultimo. Idē di-
cit. 5°. de interioribus i capl'o penultimo. In iſto
leduntur plures virtuteſ naturales epatis ⁊ vena
rum. vt dicetur ſtatim in ſequentibus. ¶ Diſſin-
teria inteſtinalis eſt fluxus colere cum portione
modica ſanguiniſ in proceſſu propter excoriatio
nem inteſtinorum ratione materie acute. Aliq̄n-
do eſt purus ſanguis et interdum ſicut ſanguiſ-
ſuga cum ſanie mixtus. Aliquando cum cortice
ſeu pellicul' inteſtinorum cauſa quorum ſunt vul
nera inteſtinorum. 6°. de morbo in capl'o penul-
timo. Idem quarto ampho. cōmento illi⁹. ¶ Diſ
ſinteria ſi a felle nigro inchoauerit ⁊c̄. Et cōmen
to illius cañ. Si a diſſinteria iam habito. Idem
6°. ampho. cōmento tertio ⁊c̄. Iſta talis diſſinte
ria fit interdum in ſuperioribus ⁊ gracilibus in
teſtinis tunc eſt dolor ſupra vmbelicū ⁊ q̄titas
pinguedinis ⁊ ſanguinis ē valde modica ⁊ cum
hoc ſunt ſatis permixta cum egeſtis ⁊ in ꝓceſſu
exeūt corticeſ ſatis ſubtiles. Interdū fit talis diſ
ſinteria in groſſis ⁊ medijs iteſtinis: tunc eſt dol'.
ſub vmbilico ⁊ q̄titas ſanguis ⁊ piguedis ē ma-
ior ⁊ min⁹ ꝑmixta c̄ egeſtis ⁊ i ꝓceſſu exeūt corti-
ces inteſtinorū magiſ groſſi ⁊ materialeſ, q: illa ſūt

magis groſſa ⁊ carnoſa. vba ſunt Ga¹.6.de inꝛ. in ca°.p°. Interdum fit talis diſſinteria ſeu vulnera ſunt talia in vltimo ⁊ recto inteſtino tunc dicitur talis diſſinteria ꝓprie thenaſmon. 6.d̄ morbo in.c.penulti°. ⁊ in.6.de inte.in.c.p̄mo. Ubi ad literaꝫ diſtinguit ex iſtis quia tunc maioꝛ q̄titas piguedinis ⁊ ſanguinis exit ⁊ minus permixta c̄ egeſtis ⁊ doloꝛ eſt in ano: vel in anchis ſeu in partibus illis. verba ſunt Ga¹ in loq̄ dictis. Iſte ſpecies diſſinterie inteſtinalis: potiſſime prime due habent tres gradus in malitia. 4°. ampho. commento illi⁹ can̄. Si diſſinteria iam habito ⁊c̄.

**Primus** gradus eſt quando incipit exire cum egeſtis aliqual' piguedo. nam tunc vulnera ſunt in principio.

**Secundus** grad⁹ eſt quando incipiunt exire cum egeſtis coꝛtices de ſuperficie inteſtinoꝛum quaſi coꝛtices exterioꝛes pellis

**Tertius** graduſ eſt quando diſſinteria plus procedit ⁊ pars notabil' ſubſtantie inteſtini expellitur: tunc vulnera non ſunt in pꝛincipio nec in augmento. Sed potius facta et completa ſunt tunc moꝛtale: quia impoſſibile eſt carnem notabiliter deperditam in ipis regenerare in pꝛimis duob⁹ gradibus curantur ſcd̄m plus ⁊ min⁹. Uerba ſunt Galieni in loco allegato.

**Primo** tu queres lyenteria cuiuſ particule eſt paſſio pꝛincipaliter. Soluit Ga.6°.de interioꝛib⁹ in ca°. pꝛimo. in fine capl'i. Idem dicit.6°. ampho. cōmento p̄mo. q̄ eſt paſſio fundi ſtomachi pꝛincipaliter cōſequenter per e⁹ colligantiam eſt paſſio ipſoꝛum inteſtinoꝛum Nam inteſtina non poſſunt modico tempoꝛe cōtinere ea que veniunt inde ad ea. Ideo expellunt ea velut inde grauata: ſicut cōtingit veſice in diſſuria. verba ſunt Galieni.6.de interioꝛib⁹ in ca° p̄mo. ꝓpter iſtam cauſam Ga. in loco ſtatim dicto vocat eam paſſionem ventralem: quia tot⁹ vēter patitur. Et eſt paſſio fundi ſtomachi: per colligantiam: quia venit quod venire non debet ſm̄ naturam: quia materia talis fla̅ca ibidem adherens: vel vlc⁹ ſimiliter venit ipis inteſtinis p colligantiam ſtomachi: vt dictum eſt. Et eſt moꝛb⁹ official' pro moꝛbo deſcripto ipius fundi ſtomachi: quia in receptaculo ⁊ in ſuperficie qui eſt lenitas in ſe autem eſt accidens moꝛbi dictum exiens mutatum. Et ſic eſt nocumentuꝫ contentiue ſtomachi ⁊ inteſtinoꝛum quando fit a tali materia fla̅ca.6°. de interioꝛib⁹ in capl'o p̄mo. ⁊.6°. de moꝛbo in.c.penulti°. Si autem cauſa fuerit vlceratio dicta tunc eſt nocumētuꝫ expulſiue: quia expulſiua a quali acuto incitatur. vt dicit Ga⁹ i loq̄ ſtatim dicꝫ. ⁊ hoc eſt in om̄i exeunte per inferius ⁊ ſuperi⁹. vt dicit Ga⁹ in loq̄ dicꝫ. ⁊ eſt nocumentum actiue ſeu paſſio regitiuaruꝫ virtutum toti⁹ coꝛpoꝛis rōne diminutōis nutrimenti.

**Secūdo** tu queres dyarria cuius particule eſt paſſio pꝛincipaliter Dicendum: q̄ in dyarria particula pꝛīcipalit' patiens eſt aliquādo cerebꝛū: aliq̄ ſtomach⁹: aliq̄n meſerayce. interdum inteſtina pꝛima. interdum epar. interdum vene toti⁹ coꝛpoꝛis. interdum ſplen vt eſt ſuperi⁹ declaratum. Conſequēter patiunt' ꝓpter colligantiam hoꝝ ipa inteſtina. Nam licꝫ inteſtina debeant naturaliter detinere. x. ⁊. xij. horis feculentiā cibi decidēꝫ a pꝛima digeſtiua ſtomachi. ⁊ ibi ipam putrefieri ⁊ in ſtercus mutari: ex officio eoꝛum. talem ſuperfluitatē humoꝛalem veniētem a membꝛis iſtis vel ill' ad ipa nō p̄nt modico tēpoꝛe cōtinere. Ideo expellunt illa velut inde grauata ⁊ leſa ſicut contingit ipi veſice in diſſuria.6.de interioꝛib⁹ in ca° p̄°. Ideo om̄is dyarria eſt paſſio ventris: quia inteſtinoꝝ ⁊ toti⁹ ventriſ ſi ſit ſtomachal'. Ideo talis bene poteſt dici paſſio ventral': ſicut ipa lyenteria ꝓpter iſtam cauſaꝫ in omni dyarria ex ſecunda intentione curatiua intendimus confoꝛtare contētiuaꝫ inteſtinoꝝ cū ſtiptiq̄ ab intra cum dieta ⁊ ab extra cum vnguētis ⁊ emplaſtris ⁊ ſilib⁹. Et ſic patꝫ: q̄ eſt paſſio ipſoꝛum inteſtinoꝝ per colligantiam cerebꝛi vel ſtomachi vl' alioꝝ membꝛoꝝ dictoꝝ. Et p moꝛbo deſcripto eſt moꝛb⁹ official': quia in receptaculo iſtius vel illi⁹ interdum opilatio autem i ſe eſt accidens moꝛbi dictum exienſ a coꝛpoꝛe mutatum Et eſt nocumentū cōtentiue p illo exeunte ſi materia pungitiua non fuerit. vt eſt pl'ies dictum intentione Ga¹.6.de interioꝛib⁹ in capl'o pꝛ°. in fine capl'i. ⁊ eſt nocumētum actiue ſeu paſſio virtutum naturalium ⁊ animataꝝ oim membꝛoꝝ ꝓpt' diminutionē nutrimenti in ipis.

**Tertio** tu quereſ diſſinteria cu⁹ membꝛi eſt paſſio pꝛincipaliter Soluit litera.6.de moꝛbo. ⁊.5°. de inte. in capitul' penulti. q̄ diſſinteria epatica eſt paſſio epatis p̄nci' ipoꝛum inteſtinoꝝ: ⁊ ſemper ſunt per colligantiā venit ad ipa res que venire non debet ſm̄ naturam quia humoꝛ tal' ⁊ tal' ⁊ mala qualitas. Et in pꝛima ſpecie ⁊ tertia diſſinterie epatice eſt moꝛbus in receptaculo concomitando ſecum alium officialem: quia opilatōnem in ſecūda ſpecie diſſin-

terie epatice eſt morbus cõſimilis. quia mala cõplexio calida vel frigida in epate corrumpens ipſam contentiuã in actione. Ideo talez morbum cõcomitatur morbus officialis qui eſt ĩ receptaculo puta inanitio. Et licet de poſſibili talis morbus cõſimilis poſſit eſſe mala complexio calida cum aliquali materia infecta corrumpens cõtentiuam in actione. vt plurimũ tamen eſt mala cõplexio frigida epatis corrumpens contentiuam ĩ ſui actione ꝛ per cõſeq̃ns eius digeſtiuam ꝛ ſic expellitur ſãguis ad modum loture carnis. quia contentiua inde grauata deſinit ip̄m abire: ante ſui digeſtionem. quod patet: quia vt plurimũ incipit quibuſdam diebus ſine febre. ꝛ cum bono appetitu ad cibum. vt vult Galienus. 5°. de interioribus in cap̄lo penulti°. quod non fit in mala complexione calida epatis vt inferius in cura declarabitur: ymo incipit cum febre aliquali communiter. ¶ In diſſinteria inteſtinali eſt morbus in receptaculo: quia rep̄lo humorum acutorum in eis cõmunicando ſecum morbum cõmunem: quia ſolutionem continui. ¶ Quelibet harum pro morbo deſcripto eſt nocumentũ digeſtiue ꝛ expulſiue dictorum membrorum. ii°. de ingenio in cap̄lo. 2°. et. 8°. vt ſuperius pluries dictum eſt ¶ Pro illo exeunte in prima ſpecie diſſinterie epatice non eſt ex nocumento expulſiue nec alterius virtutis. ymo ẽ a bonitate expulſiue epatis: ꝛ venarum. Ex quo acquiritur ſanitas: vt declarat Galienus in ſimili. 3°. de morbo in cap̄lo penultimo auctoritate diodij. ¶ Pro illo exeunte ĩ ſpecie ſecunda diſſinterie eſt nocumentũ contentiue epatis. nam ipſa inde grauata deſinit abire illuz chilum ſemicõuerſum in ſanguinem. ideo exit ad modum loture carnis nouiter decollati animalis Conſequenter eſt nocumentum ipſius digeſtiue epatis: quia contentiua epatis non detinet vſq̃ quo ipſa compleuiſſet actionem. ¶ Pro illo exeunte in tertia ſpecie diſſinterie epatice eſt nocumentum expulſiue ꝛ contentiue epatis ꝛ venarum. nam quelibet deficit in actione propria ꝛ ſibi debita per naturam cõmuniter tales moriuntur. ¶ Pro illo exeunte in diſſinteria inteſtinali cõmuniter eſt nocumẽtum ip̄ius expulſiue incitata a materia pũgitiua: quia expulſiua a quali incitatur contentiua a q̃to. quia ab illo grauatur: ideo deſinit ipſum abire. 6°. de interioribus in cap̄lo p̄mo. Idez dicit. 6°. de morbo in ca° penultimo. Talia exeuntia in diſſinteria epatica ꝛ inteſtinali ſunt nocumẽta actiue ſeu paſſio principaliter virtutum naturalium totius corporis ratiõe inanitionis ſpirituuz naturalium ꝛ nutrimenti. ¶ Exiens autem in prima ſpecie diſſinterie epatice non eſt nocumentũ actiue nec paſſio alicu⁹ virtutis: quia non infert nocumentum: ſ iuuamẽtum vt eſt dictum.

**Iſtis clarificatis** cura cuiuſ q̃ flux⁹ ventris tibi pateſcit. Prius autem q̃ in cura p̄cedas ſcire ꝛ cognoſcere oportet quem ſpeciem fluxus ventris patitur: quia in hoc cura diuerſificatur.

**Si quis** ergo lyenteriam perfectam vel incipiẽtem firmari habuerit p⁹ diſſinteriam in febre putrida mortale fugias: fingas te non poſſe vacare in cura. quia ſignum eſt q̃ virtutes naturales ſtomachi incipiunt mortificari potiſſime retentiua ꝛ digeſtiua. propter q̃d omnes moriũtur.

**Si quis** ergo lyenteriam patitur ſine febre ex mala cõplxõne humida cum materia flãtica lubricãte fundum ſtomachi ꝛ ip̄a inteſtina. quod pateſcit ex ſubſtantia exeũtis: quia cum limoſitate ꝛ muſcilagine ꝛ ex habitudine corporis ſumat om̃i mane in auror a vl' ante duos mirabolanos kebulos cõditos quos cognoſcere poteris: quia tales ſunt maiores alijs. ꝛ in ĩtroitu lecti: vel poſt primũ ſomnũ ſumat q̄ndecim grana vel circa piperis integra tranſgluti at: ꝛ ante prandium ꝛ ante cenam per vnam horaz ſumat de dyatrion pipereon duos bolos ſine potu: vel dyacitonitẽ cum ſpeciebus vtatur in cibo piperata facta cum carnibus mutonis iuuenis. Vtatur brodijs galline cum allijs coctis ſaluia maiorana menta. yſopo. ꝛ vtatur carnibus toſtis cuz ſalſa piperis vel c̃ alliata vel moſtarda. et ſimilibus. Et ſi in proceſſu cure cum hoc oxireia id eſt eructuatio acetoſa prius non exiſtens ſuperueniat bonum. arguitur auctoritate ypoc̃. 6° amphoriſ. cañ. p̄mo. Idez dicit Ga⁹ in cõmento ſignũ eſt q̃ contentiua ſtomachi fortificatur. ꝛ per cõſequens eius digeſtiua. Vtatur vino groſſo paruz limphato cuz aqua ferrata in qua remolliat̃ maſtic̃. p. i. ꝛ cum illa aqua coquãtur carnes.

**Et ſi quis** lyenteriam ex vlcere ſtomachi: puta in fundo habuerit quod pateſcit ex aliquali dol'. ſupra vmbilicum et punctionem in parte illa: ꝛ ex natura exeuntium quia non ſunt multũ viſcoſa: nec cum limoſitate mag̃. Detur mediũ coclear boli ar^ci ſubtiliſſi^e puluerizati cũ modico vini limphati cũ aqua ro. fer

rata vel cū aqua ꝯmuni ferrata bis in die ſ. āte prā
diū ꝛ ante cenam. vel detur ſic modicū de cortice
thuris ſubtiliſſime pulueriȥati vel fiat puluis de
iſtis duobus. vel fiant pillule iſte de quib⁹ ſumat
iij. vel quattuoꝛ ante cenā: ꝛ ante prādiū ꝑ duas
hoꝛas. ℞. boli ar. cortic̄ thuris añ. ʒ. iij. coralli rub.
ʒ. ij. terre ſigillate. ʒ. ij. ꝛ. ß. ſumach mirtilloꝝ. ʒ. i. ſā
guinis dꝛaconis. ʒ. ß. fiāt pillule cū aqua ſumach
viſcoſa eis competūt pedes poꝛci: vituli bene co
cti. loco hoꝛum de mane detur modicū lactiſ capꝛe
vel ouiū cum modico boli ar. ꝛ ſan. dꝛa. ſubtiliſſi
me pulueriȥati vel per ſe. nam lac de ſe abſtergit
ratōne partis ſeroſe: ideo conſolidat. Jdō ſumat
ſero ꝛ mane ante prandiū ꝛ ante cenam duabus
hoꝛis in q̄titate mediȷ gobelli.

Et ſiquis dyarriam habuerit ex mate=
ria flā^ca deſcēdēte de capitē
ad ſtomach ū ꝑ poꝛos extravenas. qḋ pateſcit q:
tal' dyarria ſtat cum grauitate capiṫ ꝛ ſtomachi ꝛ
egeſta ſūt aliqualiter ſpumoſa ꝛ ampulloſa ꝛ aſ
cellant ꝯmuniter magis poſt ſomnū vt dicit ypo.
7°. ampho. cañ. illo. Quibuſcunq; ſpumoſi ege=
ſtiones. ta lis teneat dietam exſiccatiuam. paruȥ
doꝛmiant. Utatur riſi cocto ſero ꝛ mane cū bꝛo=
dio carnium pullis perdicibus auiculis carnib⁹
mutonis iuuenis aſſatis. piris coctis. coctanis
coctis. ¶ Fiāt ſacculi parui de duabus vel trib⁹
partibus miliȷ conquaſſati. ꝛ aliqualiter toꝛrefa=
cti ſuper tegula ꝛ quarta parte ſalis pulueriȥati.
ꝛ toꝛrefacti applicentur calidi ſuper commiſſurā
capitis: pluries innouando bene calidos. Per=
fumetur pluries in naribus ter vel quater in die
et nocte cum olibano ſeu cum coꝛtice thuris. ſic
confoꝛtato cerebꝛo mandante: ceſſabit fluxus.
dum tamen membꝛum recipiens confoꝛtetur: pu
ta ſtomachus cum emplaſtro de ſolo maſtice. vl'
ſic. ¶ Recipe lapdani. ʒ. i. maſticis. ʒ. ß. terebēn=
tine. ʒ. ß. mente ſicce. ℈. i. coralli rubei. ℈. ß. mala=
xentur omnia cuȥ oleo de maſtice fiat emplaſtrū
ad modum ſcuti ſupꝛa alutā pꝛo ſtomacho. Uel
fiat iſtud vnguentum. ¶ Recipe olei maſtic̄ q̄r=
terium. i. olei nardini quarterū. ß. maſticis ſubti
liſſime pulueriȥati. ʒ. i. coꝛalli ru b. ℈. i. mente ſic=
ce. ʒ. ß. aloes cicotrini. ʒ. i. cere modicuȥ. fiat vn=
guētum liquidum cum quo inungat ſibi ſtoma=
chum ſero ꝛ mane.

Et ſiquis dyarriam humoꝛaleȥ habue
rit ex materia deſcendente a
venis cerebꝛi ꝛ partium ſuperioꝛum. quod pate=
ſcit: quia talis fluxus eſt de materia flā^ca ꝛ coleri
ca cum ſpuma in pꝛincipio, ꝛ ali quali grauitate
capitis cum debili ſomno ꝛ malis ſomniȷs. ꝛ eſt
maioꝛ poſt ſomnuȥ. Jn pꝛimis tribus aut quat
tuoꝛ diebus ſufficit ſibi dieta dicta. ¶ Conſeque
nter loco uini groſſi ſi febꝛicitans fuerit detur ſi=
bi de ſyrupo de ribes: vel mirtilloꝛum: vel citonio
rum: vel de papauere cum aqua ferrata. fiat ple=
na caſſea modica cum vno cocleari hoꝛum pare=
tur cibus cum aqua ferrata. ¶ Conſequenter cir
ca ſextum diem ſi vꝛine ſint ſatis coloꝛate. vel pa=
tiēs benevenenoſus fuerit flobothometur de me
diana vel de capitali vena. ſi bene groſſa et appa
rens fuerit. ¶ Conſequenter ſi non conſtringa=
tur circa decimū vel duodecimū diem ſumat quo
libet mane in auroꝛa duos mirabolanos condi=
tos kebulos vel citrinoſ. Uel detur ſibi in duode
cimo die vel' in. 4i. non ante: quia magis pꝛolō=
garetur paſſio in quo eſt erroꝛ cōmunis. De reu
barbaro aſſato ꝛ mirabolanis aſſatis fiat ſic. ℞
reubarb. aſſati ſupeꝛ tegula. ʒ. ij. coꝛticuȥ mirabo=
lanoꝛum kebuloꝛum aſſatoꝛum. ʒ. iij. pulueriȥen=
tur ꝛ incoꝛpoꝛentur cum modico ſyrupi mirtillo
rum fiat maſſa que diſſoluatur cum modico ſyru
pi dicti limphati cum aqua roſ. fiat potus detur
in auroꝛa. Et ſi cum his dictis non reſtringatur:
in. 14°. vel. 17°. die: tunc indiget medicina vomi=
ca ad diuertendum intentione ypo. 6. ampho. ca
none illo. ¶ A dyarria habito diuturna ſponta=
neus vomitus ſuperueniens ſoluit egritudinem
ga. in cōmento dicit. ꝙ in hoc daṫ auctoꝛitas me
dico dandi, medicinam vomicam. vt materia di=
uertatur ꝛ ꝑ ꝯſequens talis fluxus reſtringatur
Fiat ſibi potus de decoctione raphani ꝛ attripli=
cis cum toto cum oleo ꝛ modico croci et aceti. fi
at potus pro vomitu ſumpto cibo poſt vnam ho
ram. Uel comedat tres vel quattuoꝛ bolos de ra
phano in pꝛincipio pꝛandiȷ per duos dies. Con
ſequenter detur iſte ſupꝛadictus potus ad vomē
dum.

Et ſiquis dyarriam ſtomachaleȥ ſine
febꝛe habuerit: puta ex ſoꝛ=
dido ibidem congregato ratione mali regiminiſ
vt quia guloſus ꝛ laboꝛioſus. quod pateſcit ſimi
liter ex natura expulſoꝛum: quia egeſta ſemichi=
loſa ſubalbida cuȥ querela aliquali ipſius ſtoma
chi ꝛ aſcellant poſt ſomnū: quia cibus pꝛeaſſum
ptuſ quodāmodo coꝛrumpitur et materia ſtoma
chalis inſultatur: talis non eſt reſtringendus niſi
cum dieta de duobus aut tribus diebus. Utatur
riſi cocto cum carnibus ꝛ pullis ꝛ auiculis toſtis
Utatur vino groſſo rubeo paꝝ liphato cuȥ aqua
ferrata, cū qua etiā pareṫ cib⁹ ꝛ. xx. ḡna maſticis

remolliantur in ea per diem et noctem. In tertia
vel in quarta die ſi neceſſe fuerit: ſumat in aurora du
os mirabolanos kebulos conditos continuan-
do duobus aut tribus diebus. in principio pran-
dij capiat toſtam infuſam in bona vernacha vel
in vino cocto nil potando deſuper. Vel ſumat de
coriandro confecto. i. coclear ante cibū. Vel ca
piat de puluere ſequenti cum modico vini vel vi-
tello oui: vel cum toſta. ℞. coriandri bene prepa
rati. ʒ. ij. arillorum. ʒ. i. maſt. ʒ. ij. ſumach ſpodij añ
ʒ. ß. panis zuccari ad pondus omnium. fiat puluis ſub-
tilis prouocet ſibi ſomnum ¶ Si hoc durauerit
non obſtantibus iſtis prouocetur ſibi vomitus.
intentione ypocratis. 6°. amphoriſmorum. canone ſtatim di
cto. nam fit diuerſio materie: nec non euacuatio
materie ſordide ſtomachalis que eſt potiſſima cau-
ſa talis fluxus.

Et ſi quis dyarriam ſtomachalem ſine
febre habuerit ex debilitate
digeſtiue ſtomachi. quod pateſcit: quia talis fluxus
venit per interualla ⁊ ſepe cum rugitu ſtomachi
⁊ laterum chiloſus aquoſus per vnam diem vel
duos. talis vitet frigida ⁊ humida vt offas ⁊ brodia
vtatur aqua ferrata in omnibus in qua remollian
tur maſtic. xx. vel. xxx. grana. Et detur ſibi de ma
ne lac ouinū in quo ferrum ignitum ſit extinctū
pluries vtantur zinzibere coriandro confecto: et
cynamomo ⁊ galanga per ſe ante cibum ⁊ cum
cibo. Vtatur puluere ſequenti ante prādiū cum
modico lactis: vel cum vitello oui: vel cum vipa ſin
potu. ⁊ in fine menſe cum vipa in prandio ⁊ in ce
na. ℞. maſt. coriandri preparati añ. ʒ. ij. interioris
cynamomi. ʒ. ß. galange. ʒ. i. gariofilorū. ʒ. ß. ſpo-
dij aſſi arillorum ana. ʒ. ß. panis zuccari. quart.
ß. fiat puluis. Poteſt vti de dyacitonitem cū ſpe
ciebus ante cibum per horam: ⁊ teneat emplaſtrū
ſupra ſtomachū de maſtice ſolo. vel de maſtice in
tertia parte ⁊ duabus partibus lapdani: vel inun
guatur ſtomachus cum oleo maſtic. ſuperſpergē-
do deſuper puluerem maſtic. ¶ Pro preſeruatio
ne vtatur iſto puluere cum toſta vini in fine men
ſe. ¶ ℞. coriandri preparati cubebarum ana. ℈.
ij. zinzibri albi. ʒ. ß. cynamomi. ʒ. ij. piperis longi
gariofilorum nuc. muſca. granorum paradiſi ma
cis ana. ℈. ij. galange. ʒ. i. panis zuccari. ʒ. 4. fiat
puluis regia. ¶ Et ſi alicui febricitanti fe. putri-
da dyarria ſtomachalis ſuperuenerit non in die
cretica nec per viam criſis: ſed ex debilitate dige
ſtiue ſtomachi et aliquali corruptione cibi in ſto
macho cum qua cōmuniter communicāt ſingul
tus, cōmuniter ⁊ vt plurimū moriuntur: quia vir-
tutes naturales ſtomachi incipiunt mortificari.
quod patet: quia in illo expulſo apparet cibus
non perfecte digeſtus. ymo portio aliqualis ipſi
us exeuntis apparet ſub forma cibi preaſſump-
ti. Ideo eſtote cauti in pronoſticando. Ideo vta
tur carnibus toſtis in ſuo colaticio cum puluere
maſt. in duabus partibus. ⁊ tertia parte coriandri
preparati. ⁊ magna per ſe alias ⁊ magna parte.
quia immediate cinamomi electi quo puluere
poteſt vti ſimiliter cum toſta īfuſa in vino in fine
menſe.

Et ſi quis in infantia vel in pueritia dy
arriam ſtomachalē, vel inte
ſtinalem habuerit ex ſordido ſtomachali vel lum
bricis lumbricantibus fundum ſtomachi. ⁊ ipſa
prima inteſtina cōmuniter damus eis per duos di
es ante prandium ⁊ plus. i. coclear ſeminis cēto
tonice non conquaſſati vt eius virtus plus duret in
ſtomacho: ⁊ non infuſi in aceto. quia tunc paruū
valet. ſed ſi fuerint febricitantes damus cum mo
dico aque roſ. vel portulace. ſi non ſint febricitā-
tes damus cum modico mellis vel cum vitello oui
aliqui infundunt per noctem in aceto: vt reprima
tur eius excedens caliditas male faciunt. quia tunc
parum operatur contra vermes cum operetur ra
tione amaritudinis ⁊ odoris cauſantis vertiginē
in eis. vt dicit G°. 4. de ingenio ī fine Et facimus
eis emplaſtrū contra ipſos vermes. ℞. ſucci folio
rum perſici. ſucci craſule minoris. ſucci abſintij.
añ. lib. ß. fellis bouis. ʒ. i. aceti. ʒ. ß. ſe. cōtra lūbricos
ʒ. ij. farine lupinorum. farine ordei quod ſufficit.
fiat emplaſtrum ſatis liquidum applicentur ſe-
ro ⁊ mane renouando ipſum faciendo iſta damus
ſibi dietam reſtrictiuam: ſorbas: coctana: pira co
cta. de riſi de carnibus aſſatis. de carnibus cito-
niorum paratorum cum pane zuccari. talia da-
mus in principio refectionis. ⁊ damus de corian
dro preparato ſubtiliter puluerizato. ¶ Damus
de lacte ouium cocto: vt butyrum conſumatur.
et ſi ponimus modicum de ſumach preualeret.
¶ Aliqui ponunt modicum coralli cum ipſo ſu-
mach bonum eſt: quia cōfortat ſtomachum. ⁊ in
frigidat a tota natura ⁊ īfrigidat aliqualiter. Si
cum iſtis non reſtringuntur. demus de coagulo
leporis: vel pedi in deffectu illius. ℈. ß. vel. ℈. i. vel
ʒ. ß. cum modico aque frigide in eſtate. vel ſi forti
ter febricitat. Vel damus pro modico lactis co-
cti tempore frigido. ī defectu coaguli habeamus
caſeū bonū ātiquū duorum annorum ſi poſſumus ⁊ bullia
mus in aqua dulci: vt ſalſedo bene remoueatur. tunc
exſiccamus. ⁊ ipſum puluerizamus. et damus modicū

cū modico lactis ouiū bene cocti vt butirū bene
extrahat̄:quia laxat relaxando vias.vel dam⁹ cū
modico aque roſa.vel portulace loco hoꝝ dam⁹
modicum de ſemie pſilij aſſi groſſo modo cōq̄ſ-
ſati:ꝛ damus cū modico lactis ouiū cocti ꝟ ferra
ti vel cap̄ ſīliter ſed coquat̄ in eo ferrū vel lapilli
fluuiales igniti extinguātur ꝛ inungam⁹ eis to-
tum vētrē cum oleo maſtič: vbi ſit aliqua portio
olei mirtilloꝝ vel citonioꝝ ſuperſpergēdo de pul
uere maſticis vbi ſit quarta ps pulueri mirtilloꝝ
Iſta vltima remedia ſunt cōia ad iſtam dyarriā
ꝛ ad venalē totius corpis:vt dicet̄ infra. ❡ Et ſi
q̇s dyarriam ex opilatiōe meſeraicaꝝ habūit:qđ
pateſcit:q: eſt fluxus chiloſus ſubalbid⁹.ꝛ ſi fu
erit coloris ſubrubicūdi ſcđm eius ptem:ſignuꝫ
ē φ talis opilatio ē ab intra quaſi i cōcauo epat̄
q: in capitibus illaꝝ venarū q̄ cōtiguātur cū ipo
epate: vbi talis chiloſitas incipit rubifieri ꝛ q̄ſi
in ſanguinē conuerti. Sīlr̄ talis fluxus fit cōmu
nit̄ ſex horis vel octo poſt cibum cū grauitate y-
pocūdrij dextri cum vrinis aliqualiter coloratis
ꝛ ſiti aliquali.ꝛ patiēs vſus ē tpibus p̄teritis ci
barijs groſſis ꝛ dulcibus ꝛ patiēs voraciter co-
medit ꝛ feſtināter. Et talis ledit̄ a cibis ſtipticis
quia cū ill' fluxus talis augmētatur. ❡ Talis er
go in dieta ꝛ alias vitet ſtiptica:ꝛ vtat̄ apitiuis:
ꝛ abſterſiuis vt colaturis cicerū ꝛ piſoꝝ vel len-
tiuꝫ.ꝛ φ ivētre pulle ponātur cicera. ❡ Et ſi fue
rit paup:potet ante prādium p tres horas ꝛ āte
cenam p duas de decoctōe radicis petrocilij ab-
ſinthij re.ꝛ cicerū ru.vel fi̇ ſibi tale mellicratum
℞.corticis rađ.feni.pet°.apij.achori an̄.ʒ.ij.ab-
ſintij re.m.i.azari.ʒ.i.ſe.vtriuſq; apij.an̄.ʒ.ij.ani-
ſi maratri ameos an̄.ʒ.iij.cicerū rub.p.i.mell' al.
deſpumati q̄rt̄.i.fi̇.mellicrātum clarificatū ad.lī.i.
ꝛ.ß.ꝛ in clarificatiōe addat̄ aceti.ʒ.ß.loco iſtius
mellicrati valet aqua achori vel pureta ſimplex
cum petro. Si talis nō curetur i quibuſdā dieb⁹
ꝓuocetur vomitus poſt prādium. ℞.radicis ra
phani.m.i.ſe.attriplicis cōquaſſati.ʒ.i.olei cōis
quart̄.ß.aceti.ʒ.i.croci.℈.ß.fi̇ potus.poſt pauſaꝫ
intingat̄ pēna i oleo ꝛ ponatur infra i gutture.ſi
cum hoc nō euomat:detur ſibi.ʒ.i.ſucci mediani
corticis ſambuci vel cū ouo ſorbili vtatur perdi-
cib⁹ ꝛ auiculis toſtis ꝛ bullitis. Et vtat̄ cū ſalſa
viridi vtat̄ vino albo ꝛ clareto.vtat̄ cinamo° ele-
cto ꝛ aniſo ꝛ marat° de mane ꝛ in introitu lecti.
❡ Et ſi q̇s dyarriam epaticā felleā ꝛ venalē ha-
buerit quod pateſcit:quia multa colera rubea ci
trina ꝛ vitellina flātica paulatim expellit̄ ꝛ iter-
dum viridis per aliquas vices ꝛ i modica quāti

tate.quia ſi i plurib⁹ cell' ſeu aſcellatōibus̄ exeat
ꝛ i quātitate notabili:mortale.quia mat̄ia peſſi-
ma ꝛ venenoſa.ſimilit̄ talis dyarria fellea ē cum
ſiti aliquali ꝛ calore ꝛ inſomnietate ꝛ infra pau
cos dies cōcomitat̄ diſſinteria inteſtinalis ſaltē
in p̄° gradu:q: exit muſcillago ſeu axūgia ſāgui
nolēta i modica q̄ntitate ratōe acuitat̄ mat̄ie. Iō
dicim⁹.patit̄ dyarriam tenaſmonicā aliquādo:ſi
cut dicimus i ſpēbus diſſinterie epatice.tal' ſubi
to nō ē reſtringēdus de decem vel duodecim die
bus:niſi cū dieta alteratiua ꝛ ſtiptica. Et nō cuꝫ
medicis vſq; quo materia ſit ꝓ maiori pte euacu
ata.i quo errāt practici moderni vt plurimū dan
tes nucleā vel reubarb.aſſum ꝛ mirabolanos aſ
ſos i ſeptima die vel circa. Nā talis paſſio ē acu
ta:ideo mat̄ia nō eſt euacuata ꝓ maiori parte i
fra.xij.vel.xiij.dies Iō cōiter dam⁹ tales medici-
nas circa.xij.ꝛ nō āte. Hoc faciēduꝫ ē de cōcilio
medicoꝝ.aliter faciētes ꝓlōgant talem dyarriaꝫ
ꝛ ponūt eum i periculo.tales nō debēt ire ad cel
lam in quacūq; infeſtatōne intētiōe Raſis i ſuo
ꝯtinēte.nec debēt ſumere ea que appetitū ꝓſter
nūt.intētione eiuſd ē.ideo dātes trociſcos in iſta
paſſiōe ꝛ in alijs q̄pl'imū errāt ex iſto capite. q̇a
appetitu ꝓſtracto:vtutes neceſſario debilitātur.
ypo.6.amph.in diſſinteria ꝛ i oī fluxu potiſſime
elōgato ꝑ aliquos dies abſtinētia mala. Dietet̄
ergo in p̄cipio refectōis cum ſorbis vel coctāis
vel piris ꝛ carnib⁹ citonioꝝ paratoꝝ addito cori-
andro.q: facit ad retētionem cibi i ſtoma°. Ra-
ſis i ſuo ꝯtinēte.vel de portulač cum aceto ꝛ riſi
ordeato ꝛ auenato exiccat̄ ſeu torrefact̄ aliqua-
liter vt depdat̄ laxitas eoꝝ ꝛ parētur cuꝫ brodio
carniū pull' ꝑdič:intātum φ repleātur ſemie ſu-
mach.nā ſumach ē frigidū ſtipticū ꝛ nō hꝫ ſapo
rē malū.ſil'r lac amigđ.ē paucis amigđ ꝛ decoc
tione ſumach. Poteſt etiā ſumere de lētib⁹ bene
coctis vel fabis. Si ruſticus fuerit coctis cū bro
dio pulle in cui⁹ vētre ponat̄ ſemis ſumach ꝛ ad
dat̄ in ſcutella modicū aceti.potēt aquā ferrataꝫ
potiſſime ciſterne vel cū modico zuccari roſa.vel
detur iulep roſa.vel de ſyrupo citoniorū.vel de ſy
rupo de ribes: de medio coclearij horum poteſt
impleri aqua p̄dictā vna tacea. Al'q̄ dāt aquam
roſ.ad potādum approbo aduēiēte ſexto vel ſep
timo die.ꝓuocet ſibi vomitum leuē poſt prandi
um per mediā horā.intētione Ipocrat̄ ꝛ Galie'
6°.amphorij.ponēdo digitos ab itra.vel plumaꝫ
infuſam in oleo.vel φ ſumat de decoctōne radič
raphani ꝛ attriplicis.vbi addatur modicum olei
ꝛ croci.fiat pot⁹ per mediā horam poſt cibū.poſt

ea poſt aliam mediā horam incitet naturam ad
vomēdum cum pluma infuſa in oleo ꝙ ponatur
īfra ī gutture. Et poſtq̄ fuerit vomitus ꝓuocatꝰ
ſumat de mane ⁊ ante cenam mediū vitrū aque
roſa. de ſtipitibus: vel aque diſtillate de balauſti-
is: vel aque prunellorū ⁊ ſimiliū: vel fiat ſibi ſy-
rupus talis. ℂ ℞. folioꝝ plātagī. portulace. ana
m. i. ſumach mirtilloꝝ aā. ℥. ij. balauſtioꝝ. ℥. ij. co-
ralli rubei. ℥. ß. roſaꝝ rubeaꝝ. p. ij. panis zuccri. lb.
ß. ſfiat ſirupꝰ cū aq̄ plātagī. ⁊ portulace. ⁊ roſ. ⁊
balauſtiarū. ℂ Si videres venas tinctas ⁊ ve-
nas latas flobothomeť circa ſextū vel ſeptimuꝫ
diem de vena epatis anteq̄ vomitus ꝓuocetur
ſic regať vſqꝫ ad vndecimū vel duodecimuꝫ diē
poſſunt cū illo tempe applicari vētoſe magne ſi-
ne ſcarificatōne ſupra ſtomachum ꝓpe vmbeli-
cum: Cōſequēter i duodeciº vel in tredeciº detur
ſibi medicina reſtrictiua que laxādo reſtringat.
Sumat ante cenam ⁊ de mane in aurora duos
vel tres mirabolanos citrinos cōfectos. hoc fa-
ciat duobus aut tribus diebus. Vel ſumat iſtaꝫ
medicinam fortiorē. ℂ ℞. cortič mirabolanorū
citrinoꝝ torrefactoꝝ ſuper tegula. ℥. iij. ⁊. ß. reuba-
aſſi. ℥. i. ⁊ ß. fiat puluis. incorpetur cum ſiruº mir-
tilloꝝ vel citonioꝝ. fiat maſſa que poſtea diſtēpe-
tur cum aqua roſ. ⁊ modico horum ſirupoꝝ. vel
diſtemperturꝗ cum aqua ferrata decoctionis ſu-
mach. Vel detur micleta ſero ⁊ mane q̇buſdam
diebus in quātitate caſtanee cum aqua pluuiali
decoctōnis ſumach bene valet. Et ſi iſto mō nō
cureť: reſtringatur decimaquarta die ꝓuoceť ite-
rū magꝭ fortiter vomitus de cōcilio ypocrať. 6º.
amphorꝭ. canone illo. A diarria habito diuturna
quia aliter non poſſunt bene curari. Ideo dič gꝰ
in commēto. ꝙ ypo. dat autoritatē medico ꝙ di-
uertat materiā ad diuerſa loca per vomitū Ideo
detur. ℥. i. ſucci mediani corticis ſambuci cū ouo
ſorbili. vel cum modico decoctōnis ſtatim dicte i
cura dyarre ex opilatōne meſeraicaruꝫ. Et detur
poſt prādium per horam. poſtea poſt horam inci-
tetur vomitus cum pēna infuſa in oleo poſita in-
fra in gutture ⁊ ꝯtinue regatur vt ſupra dictuꝫ ē
Et aliqui laudāt poſt oua dura cocta i aceto. Et
lac ouium coctum acetoſum. in quo etiam ferruꝫ
ignitum ſit extinctum pluribus vicibus i quo ſit
modicum choriādri preparati puluerizati cū mo-
dico choralli rubei ⁊ ſpodij ſit quarta vel quinta
pars. Aliqui addūt modicum de cornu cerui ad-
uſti ⁊ de ſquama ferri ſubtiliſſime puluerizata ⁊
de ſemie acetoſe ⁊ portulace. Raſis multuꝫ lau-
dat iſta in ſuo continēte. Et laudat coagulum le-

poris vel hedi vt eſt dictum. Et ꝙ detur de caſeo
antiquo bullito in duabꝰ aq̇s ⁊ puluerizato ⁊ ď
ſemie pſillij aſſi groſſo modo cōquaſſati: damus
iſta cum modico lactis ouiū cocti ⁊ ferrati de vl-
timis remedijs eſt i v̄tute. dicit Raſ i ſuo conti-
nente ⁊ laudat iſtud emplaſtrū. Similr̄ ꝙ linia-
tur venter ⁊ femora retro. ℂ ℞. maſtiq̇. thurꝭ alu-
minis acaſſie ypoquiſtidos balauſtiarū ro. ſan-
dalis aā. ℥. ij. fiat puluis ⁊ diſtempetur cum rob
citoniorum vel cum ſirupo cytoniorū: aut mirtil-
lorum aut ſumach. vel cum aqua decoctōnis ſu-
mach ⁊ modico olei roſa. vel cum oleo roſa. dein
de vēter liniať ⁊ femora. Vel ſic. ℂ ℞. balauſti-
aruꝫ cupule glandiū acaſſie thurꝭ aā. p. i. myrrhe
℥. ß. opij. ℥. i. iuſq̄ami. ℥. ij. diſtempentur oīa cum
aqua decoctōnis papauerꝭ iuſquiami. liniať ven-
ter ⁊ femora retro ꝑ modum emplaſtri ℂ Raſis
etiam multū approbat iſtū puluerem. ℞. ſpodij
℥. ij. camphore gra. 5. fiat puluis ſumat modicū
de iſto pulř ē vitello oui in aurora vel ante. Vel ſu-
mat cum modico de ſyrupis dictis. Raſ recitat i
ſuo continēte: ꝙ multi tales non poſſunt curari
de tali fluxu colerico: niſi i proceſſu circa. xiiij. vř
poſt ſumat de lacte vaccino cocto ⁊ acetoſo cuꝫ
modico ſquame ferri ſubtiliſſime puluerizate ſu-
mant i aurora vel ante. vel ſumant de lacte dicto
vaccino vel ouino acetoſo cocto cum aqua deco-
ctionis ſumach eq̇s patibus: vſqꝫ quo incipiat
bene inſpiſſari. quieſcat ⁊ infrigidetur: ⁊ acetet
aliqualiter ſi poſſibile eſt. ℂ Et ſi quis dyarriaꝫ
flegmaticam magꝭ a dn̄io ⁊ a toto corpore habu-
erit ſine febre vel cum febre: quod ē vt plurimuꝫ
q̇ eſt accidens fluxus quod pateſcit ex natura ex-
euntis. quia humoralis materia flegmaťca ſubal-
bida cum grauitate totius corporis cum ſiti ⁊ ca-
lore aliquali. Iſte talis non idiget potibꝰ ita fri-
ſcdm ꝙ illi q̇ patiūtur dyarriam felleā epaticam
nec emplaſtris ita frigidis. Poſt p̄mos dies ſu-
mat ante cibum duos bolos de carnibus citoni-
orum paratoꝝ cum pane zuccri: vel citonijs coc-
tis i prunis. vel capiat vipam i vino cocto. vel in
vernacha ſi febrꝭ ſit tepida: ⁊ ſitis nō ſit magna.
vel ſorbis vel fiſtuč toſtis cum pane vel ſine pa-
ne. Conſequēter ſumat de riſi cocto cum brodio
pulle in cuius ventre ſit ſumach. Et vtatur pulř
gallinis auiculis perdicibus toſtis. Vtatur vino
groſſo: vtatur i omibus aqua ferrata: i qua ma-
ſtix remolliatur. quia non imutabit ſaporē: ⁊ con-
fortabit ſtomachuꝫ ⁊ iteſtina ſi febrꝭ non ſit mul-
tum valida: da ſibi toſtam iſuſam i vernacha. vel
ypocrate vt dictum eſt. Poteſt capere ante cibum

ꝛ poſt: ſcdm ꝙ magiſ ſibi placuerit. Cōſequēter
euacuata materia ꝑ maiori pte quod pateſcit ex
ꝗtitate materie exeūtis ſeu expulſe ꝛ hoc poſt no
uem vel decē dies tūc capiat de mane vnū mira-
bolanū conditū vel duos: ꝛ ſint kebuli ꝛ illi ſunt
maiores alijs. vel capiat vnū coclear ſemis na-
ſturcij aſſi ꝛ paruum cōquaſſati cum modico lactꝭ
vaccini vel ouium cocti ꝛ ferrati: ꝛ cum modico
oui. vel capiat ď ſemie pſillij ꝯquaſſati eodē mō
Vel ſumat de eodem lacte vaccino vel ouino co
cto ꝛ ferrato. Et ſi i dicta coctōne poneretur mo
dicū aque decoctōnis ſumach rōne febrꝭ eēt bo
nū aduemēte die. xiij° vel. xiiij°. poteſt ſumere iſtā
medicinam ꝛ non ante i quo cōmunit̄ errāt mo-
derni. ℂ ℞. cortiꝗ mirabolanoꝝ kebuloꝝ torre-
factoꝝ ſup tegulam. ʒ. ß. reubarb. aſſi. ʒ. i. ꝛ ß. pul
uerizētur ꝛ incorpent̄ cum ſirupo mirtilloꝝ ꝗď
ſuffic. fiat maſſa que poſtea diſtempetur cū aqua
rob. ferrata ꝗď ſuffic. fiat potus. detur in aurora.
vel detur ſibi ſero ꝛ mane de micleta per duos
dies in ꝗtitate caſtanee cum aqua pluuiali. hoc
facto fiat ſibi emplaſtrū: liniatur venter ꝛ femo-
ra. ℂ. ℞. maſtiꝗ thuris alumis acaſſie ypoꝗſtiď
balauſtiarū rob. ſandal. añ. ʒ. ij. fiat pul. diſtēpe-
retur cum rob vel ſyrupo citoniorum deide lini-
atur venter ꝛ femora retro: bene valet. Vel iſtud
ℂ ℞. balauſtiarū cupule glandiū thurꝭ añ. m. i.
myrre. m. ß. acaſſie. ʒ. i. fiat pul. diſtempet̄ cū aꝗ
decoctōnis rob. balauſtiarū ꝛ modico olei cito-
niorū: liniātur vēter ꝛ femora retro. Poteſt cape
poſtea de ſemie naſturcij aſſi vnū coclear cū la
cte vaccino cocto ꝛ ferrato: vel de ſquama ferri
ſubtiliſſime puluerizata cum lacte dicto. vel ď co
riandro preparato ꝛ puluerizato cum lacte dicto.
ſimr vel de omibus iſtis hoc committit tue liber
tati. Facta euacuatōne valent ſimilr ventoſe ſi-
ne ſcarificatōne poſite ſupra ſtomachū ꝛ ſupra
vmbilicū. Aliqua ſunt dicta in cura dyarrie epa-
tice fellee que ſimilr valent finaliter ſi i decimo-
quarta die non reſtrigatur ꝓuocetur vomitus de
concilio ypocratꝭ ꝛ Galie. 6°. amphoꝝ. ꝓut di-
ctum eſt i cura illa tūc valet ſibi ſimilr bona tyri
aca ꝛ lac vaccinū ꝛ ouium bene coctū: vt dictū
eſt ꝛ ferratum. Aliꝗ addūt vnū granū opij in. ʒ.
vna tyriace: quam dāt vna vice cū modico vini.
ℂ Et ſi quis dyarriam peſtilentialem habuerit
quia de materia infecta i ſe vel ratōne veneni p̄-
aſſumpti vel cibi venenoſi i toto corpore: vt ſunt
fungi vel ficus cum culo aperto vbi ſunt arance
ꝛ ſimilia tempe meo fuit mortuus vnus magiſ-
ter in medicia quia comederat duas ficus albas
cum culo aperto: non vixit niſi ꝑ duos dies. Qď
pateſcit: quia aſcellant materiam ad modum la
ctis corrupti cum magna grauitate corporis: et
magna ſubmiſſione pulſus: ꝛ magna mutatio-
ne coloris faciei verſus nigredinem. Quem ca-
ſum pluries vidi: tempore autūnali cōmunit̄ mo
riuntur circa nonum diem. Illi qui euadunt ſūt
longe cōualeſcentie. Et quidam depilātur in cu
ti corporis. Quidam perdūt vngues. ℂ Valet
iſtis ſyrupus de ribes: quia ſatis cordialis. Vel
ſyrupus mirtilloꝝ vel citoniorum: vt talis mate
ria quodāmodo quietetur: ꝛ paulatim expella-
tur. Valet tyriaca bona data in aurora. Dietetur
prout ſtatim dictum eſt in cura dyarrie fellee vni
uerſalis ꝛ flegmatice ſtatim dicte. Vtatur auro
in decoctōne pullorum et perdicum ꝛ margaritꝭ
ꝛ ſmaragdis ſaphiris. Et vtantur ſepe i die iſto
electuario. ℂ ℞. ꝯſerue roſa. ʒ. i. ꝯß. cortiꝗ citri.
conditi cum pane zuccari. ʒ. vnam. corticis citri.
ʒ. i. ꝛ ß. margaritarum electarum. ʒ. i. iacinctorū
ſmaragdorum añ. ℈. ß. ſerici crudi. ℈. i. ſeminis ci
tri mūdati. ℈. ij. ſemis. acetoſe. ℈. ij. boli armeni-
ci. terre ſigillate. añ. ʒ. ij. limature auri. ʒ. i. panis
zuccri. quart. iiij. pannorum auri puri. x. fiat con-
ditum ad formam zuccari roſa. terendo cum a-
qua roſa ē. muſcata. vtatur cum potagijs ꝛ cola
ticijs factis de perdicula roſta iſto puluere. ℞.
limature auri. ʒ. i. pulueris dyamargariton noui
ter facti. ʒ. ß. nucis muſcate. ʒ. ß. panis zuccri. ʒ. ß.
fiat puluis. Dietetur ſicut dictum eſt. vtatur vino
electo ꝛ aꝗ ferrata in vino ꝛ i potagijs vt dictū ē

## Et ſi quis

dyarriam ſpleneticam ha-
buerit quod pateſcit ex ege
ſtis nigris vel ſubnigris cum grauitate in regi-
one ſplenis. Et quia talis eſt ſpleneticus ſemi-
aduſtus ſi egeſta fuerint multum nigra in p̄mis
diebus: mortale. auctoritate Ypocratꝭ i quarto a-
phoriſmoꝝ in duobus canonibus: quia materia
peſſima ꝛ incorrigibilis. Si vero ſubnigra fue-
rit: in p̄mis diebus teneat regimen in cibo ꝛ po
tu dictum in cura dyarrie fellee ꝛ embrocetur re
gio ſplenis cum aceto tepido decoctōnis floꝝ
tamariſci. Infundatur ibi filtrum vel ſpongia:
ꝛ expreſſum applicetur ſepe et ſepius ante prā
dium ꝛ ante cenam i ſexta die vel circa flōmetur
de ſaluatella ſiniſtra ſi venoſus fuerit. Conſe-
quēter in octaua vel. ixa ſumat colaturā ſeqntē.
℞. floꝝ tamariſci ſene epithimi añ. ʒ. ß. fi deco-
ctio i ſero cap̄ no in qua infundātur per noctem

cortices mirabolanoꝝ indoꝝ puluerizatoꝛuꝫ et torrefactoꝝ.ʒ.i.fricētur de mane fortiter ⁊ colent̄ ⁊ colature adminiſtret̄. Poſtea tertia die pꝰ rei teret̄ flobothoᵃ ſi vētus ſtet hoc cōmittat̄ prudē tie tue in caſu quō ſit reſtrictꝰ.xiiij.de cōcāᵒypocō tis.6ᵒ.amphori.ꝓuocetur vomitus.nam Gaꝰ.i commēto illiꝰ.A dyarria habito diuturna dat cō ciliū ⁊ auctoritatē medico ꝓuocandi vomitum: vt materia diuertat̄. Multa ſunt poſita in cura dyarrie fellee ⁊ epatice que habēt locum in cura huius dyarrie ſplenetice. que omnia tue prudentie cōmittātur. ¶ Et ſi quis dyarriam proptē liquefactōem humiditatū ipſorum membroꝝ habuerit:ꝓut fit in quibuſdam ptiſicis ⁊ alijs propinquis morti nutriātur cum colaticijs factis de perdiculis toſtis vel turturibus vel gallinis. Et detur ſibi lac ouiū bene coctum ⁊ ferratū cū hoc ¶ Et ſi in decoctōne poneret̄ modicū ſemis ſumach eſſet melius.detur ſibi farine frumēti cocte cum aqua ferrata: ⁊ in fine addatur modicuꝫ lactiſ capre vel ouium ferrati.de quo lacte poteſt potare loco vini poteſt potare per interualla d̄ vino groſſo vel ſubtili limphato cum aqua ferrata.abluat extremitates cum aqua tepida ſimplici ante cenam ⁊ de mane ante prandiū. Iſta tibi ſufficiāt.

